



**Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In  
Omnes Totivs Anni Dominicas**

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]  
Scriptoribus pleniſimum, cum occurrentium fidei controuersiarum  
tractatione.

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Dominica Secvnda Adventvs.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](#)

nem illam generalem, quæ per vniuersum terrarum orbē inualeset, quando nimirum intelligentie ecclæstes palpitabunt, homines in desperationis abyssum ruent, cœli trepidabunt, elementa inter se conspirabunt, montes concutientur, turres & arces ad terram concident, bestiæ morientur, terra tremer, Oceanus intumescer, natura ipsa obstupecet, infernus patens habit, torusque terrarum orbis dirissimo incendio desflagabit: quando nimirum tribulatio erit, qualis non fuit ex quo homines in terra viuere cœpero.

Tu vero summe & metuende Iudex, ante cuius maiestatem omnes nos comparere oportet, P̄æses æterne, cœli terræq; rex, nobis propius esto, furorem tuū mitiga, iram compelce, tuarumq; te creaturarum tangat miseration. Quis vero peccatis indulget, quis te ad iracundiam provocet, si tam rigide singula delicta examines? quid peccator agat, si ex rigore cum illo egerit? Vix iustus saluabitur, quid igitur impio fiet: Angeli tremunt, quid igitur acturi sunt homines? totus orbis planget & ciuilabit, quis securus esse poterit? Recordare obsecro Domine creatos nos esse vrsaluemur, non vero vt animæ pertinientem incurramus: ideoque ostende nobis misericordiam tuam, iusticiam illam nimia moderare, delictorum nostrorū memoriam exue, & quidque nobis ad meritum deest, tua benignitate clementer supplere dignare.

*Matth:25:* Placidam illam pro nobis sententiam, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi, pronuntia: sententiam sc. beatitudinis æternæ cuius nos compotes reddat Pater, & Filius, & Spiritus S. A. men.

### D O M I N I C A S E C U N D A A D V E N T V S.

Partes Concionis.

1. De necessitate tribulationum in iuste.
2. Herodiadi malitia: & caliarum mulierum.
3. De luxuria malitia.
4. De captiuitate Ioannis documentis.
5. Ioanni captiui percunctatio.
6. Christi responso.
7. Note predicatoris.
8. Ioannis praconium.

Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, Matth.ii.

F I G V R A.

Elias Propheta cum igneo curru in aera 4. Reg.2. Emirabiliter subiectus esset: Prophetarum filij repentina illo discensu aut potius raptu non parum perculsi fuere, atq; in primis discipulus illius Elisæus, qui eodem per montes & conuales, eius querendi ergo, destinauit, quem cum triduo quæsiuiscent, nulla ratione inuenire, aut vbi nam locorum ageret, intelligere potuerunt. Sciebat quidem Elisæus a Deo illum in cœlos raptum, sed vromnem ex animis eorum siuistram opinionem dubitationemq; auelleret, illucque eos emisit, ut illo minime reperio, vere in ætheria subiectum crederent. Simile quid hodierno in Euangeliō videre licet. Cum enim Messias in mundū iam venisset, & hunc Ioan. discipuli mirarentur sed Messiam esse in animum ne inducere quidem possent: ad Christum magister eos, quo' certiores rediderentur destinat: non quod ipse de rei veritate vlla ratione dubitaret, sed vt omnē dubitandi occasionem alijs præcidere, vt nimirum, visis quæ passim per Iudeam edebat miraculis, firmiter crederet eum ipsum esse, & non alium, qui in mundo à longo iam tempore expeditatus erat. Ipsum huius Dominicæ Euangeliō declaratur, quod præsenti vobis concione exponere iam contendam: quod vt in maiorem Messiae gloriā, & viuacius præcursoris eius Ioannis encomium cedat, Deiparæ patrocinio Spiritus paracliti opem postulemus, dicamusque omnes in genua prouoluti. *Ave Maria.*

Sapientissimus mortalium Salomon, cum Tribulationorum sortem beatitudinemque descriptione proberet, tribulationib. eos, non secus ac flammam batur iustitia aurum, à Deo probari solere perhibet hisce verbis, *Tanquam aurum in fornace probavit electos Dominus.* ad eo ut quod ignis & caminus auro, hoc iustis sint afflictiones & tribulationes. Sapienti suffragatus est Iob, qui hoc ipsum scilicet experrum tradit: *Quasi aurum Iob.6.* inquit: quod per ignem transit, probavit me Dominus. Testantur idem omnes veteres sancti quorū omnium nomine David loqui, velut

G. 3. inter-

## DOMINICA. II.

21

Psal. 63.

interpretes, coactus, in genere cecinit. Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut ex minatur argentum.

In excidio & direptione Ierichuntina omnia in cineres & familias redacta sunt, praeter aurum, argentum, & vasæ ænea & ferrea, quæ in usum suum reseruati voluit Dominus, quo in tabernaculo consecrarentur. Mirum profecto rebus incendio consumptis, solum metallum iustum reseruari, quo Domino offerretur. At mystice hic significatur, quod quemadmodum aurum, argentum, æss, & ferrum flammis resistit: ita iusti ferro & ære duriores, igni tribulationum nequaque cedant, sed omnibus in universali orbis ruina deperditis & deletis, referuentur, ac velut vasa in honorem Altissimi consecrata, eiusque seruatio dedicata, in diuinæ maiestatis thesauris seponantur ac secludantur.

Psal. 134.  
Venti tri-  
bulationum  
in thesau-  
ro diuino.Psal. 111.  
Psal. 134

Et quoniam Thesaurorum mentio incidit: David vates cum quæcumque in domo Domini, diuinæque maiestatis thesauris reperiuntur recenteret, in primis vento & turbines enumerat: dicens, Qui producit ventos de thesauris suis. Quotquot locū hūc attrigere Patres litera sepolita, mysticū consecstantes sensum, per ventos hos, tribulationes, quas Deus interea dum hic viuimus, terra marisque emittere consuevit, ut iisdem iustos locupletet ac daret, intelligunt. Habet Deus diuitias, habet & thesauros: gloria inter diuitias reperitur, Gloria & diuitia in domo eius. sed venti in thesauris illius recōduntur: Qui producit ventos de thesauris suis. diuitiae quidem omnibus communes sunt, sed in solos amicos thesauri hi tribulationum effunduntur; quibus eos hoc in mundo ditat.

Cant. 4.

Cum anxia illa sponsa, dilecta maxime in omnibus gratificari cupiens, quo eum in sui amorem excitaret, atque omni voluptate afficeret, horruī exornasset, cumque muro alzissimo communijasset, arbores in eo varias platanas, fontibus vberrimis atque limpidissimis torulos illius irrigasset, ac varijs eum floribus repleuisset: ventos inuitauit, ut hortum circum vndiq; perficiant, sed ventos turbulentissimos, quales sunt Auster & Notus, Boreas & Aquilo, quorum hi frigidū & veheientes, illi pluuij & aquili: Surge Aquilo, &

venti austor, perficit hortum meum, & fluent arces mata illius. Electorum animæ, veræ summi Dei spolæ veluthorti quidam voluptatis ac pomaria sunt, in quibus virtutum arbores, gratarum fontes ac fluenta, bonorum & sanctorum desideriorum floscuti, meritorum fructus constituti reperiuntur: quæ omnia excrescere & exsurgere in altum nequeant, nisi Austri Aquilonesque tribulationum insurgent, & eisdem perfient: qui quo turbulentes & austriores, quo & fauentiores & meliores.

Angeli illi, de quibus in Apocalypsi, quos Apoc. 7.

Deus ad terræ, maris, arborumq; ex eidem emiserat; priusquam rabiem suam exerceat, ventorum alas continuere, ne terram & mare afflarent, & arbores, spiritu destituta animali, exarescerent. Diaboli quoque, angeli illi exterminatores, quos Deus in mundi hominumque ruinam constituit, priusquam damnum aliquod inferat, tribulationum ventos sistunt, atque omni ratione impedit conantur, ne illi continent & firmam Religionum terram, & inconstans mundanorum mare, atque proceras electionis arbores id est iustos, affluant. Sciant enim, omnes ab ijs nostrum ac totius orbis bonum & salutem animarum dependere: quibus fabris si careant, perniciem, infirmitum, & ruinam sempiternam incurvant necesse est. Mare namque, si venti in ipsum vires non exercerent, ad quid forent vtile? terra quid sine Zephyri afflatu produceret? quos fructus propaginerent arbores, si ventis non peterentur? Quænam vero in hominib; si tribulationum expertes viuant, virtutes reperientur? qui enim ventos hos excludat, omnes virtutes excludat necesse est. Dicēdū est igitur, mundanos, quod vētos aduersos nō lentiant, quod perpetuo prosperitatis tenore recreentur: & Impii nullæ assidua gaudeant, virtutum fructibus non abundate. Quam quietem æmulatus quodammodo Propheta, ait, Zelatus super iniquos pacem peccatorum videns. perinde tur. ac si dicere voluisset, fateor Domine, ac vēniam deposito, me cum iudiciorum tuorum abyssum penetrare nō valerem reproborum paci inuidisse, eorumque sortē & beatitudinē quæ illis perpetua erat, nullisque tribulationū turbi-

Psal. 72.

¶ Reg. 7.

turbib⁹ permista, exoptasse. Sed ne quid  
nimis, o vates. Necis enim, necis quantum  
turbines hi procellæque utilitatis afferant.

Tribula-  
tions tur-  
binibus  
confer-  
tur.

Cum in Scriptura Eliæ raptus describitur,  
curru flammœo in cœlum subiectus, & tur-  
bine quodam procelloso velificante sublatus  
dicitur. Per turbinem autem, & nō per placi-  
dum aliquem ventum vel auram, raptus tra-  
ditur, vt legentibus cōstaret, per tribulatio-  
num turbines, & afflictionū procellas, quas  
in hac vita patiuntur, non vero per placidos  
prosperitatis & lœtitia Fauonios, instar Eli-  
æ in cœlum se subeundos. Nam vt venti  
festucas in altū & cœlo tenuis librant, ita tri-  
bulationes animas fideliū in altū sustollunt.

Psal. 24.

Hinc Psalmō xxi v. quo in loco Vulgata  
præfert, Tribulationes cordū mei multiplicatae  
sunt: Hieron. ad fontes Hebraicos interpre-  
tatus, legit, Tribulationes cor meū iurūm ferre  
fecerunt. Id est, summa mundi prosperitas  
voluptatesq; animū meū ad terram deie-  
cere, & quodammodo affixere: sed tribula-  
tiones & aduersitas eundem auulserūt. & ad  
Deum contemplandum sustulerunt, vt mū-  
do etiam bellum indixerit. Atq; vt tonitrua  
stertētes excitant, tremorem incutunt, ho-  
minumq; oculos adaperiunt: nō secus & tri-  
bulationes, qua animas peccatorum somno  
sepultas excitant, oculos homini aperiunt,  
formidinēq; iniiciūt, ac paucis vt cōpleteat,  
à terra cuiadhærescimus, violenter diuellūt.

Gen. 7.

Quanta magis arca Noe fluctibus &  
Tribula-  
tions cū-  
nior. Vita hæc, Auditores, merū diluuiū est:  
diluuij.  
cōparata.  
ip̄i iusti arcā sunt & nauis: tribulationes, vñ-  
fluctibus  
de & fluctus: qua quo magis ingruunt &  
frequenteres sunt, quo nauis evehatur, sub-  
limis, cœlo propior, a terra fiat remotior. Ec-  
quod obsecro diluuium fuit: Martyrium &  
lapidatio Stephani; ecqui fluctus & procel-  
lae vehemens ille lapidum imber: qui tamen  
quo densius in humeros illius ingruit, quo &  
magis eleuatur, vt terræ tandem conspectu  
amissio cœlorum ianuas conspiciat, clamet-  
que voluptate perfusus: Video cœlos apertos &  
Iesum stantem. &c.

Act. 7.

Sæpius mecum demiratus sum, cur spon-  
sain canticis, dilecti sui pulchritudinem ac  
perfectiones describens, statuā eius palmæ

comparer: statuā tua assimilata est palme: & Cant. 7.  
cur alibi de seipſa dixerit, Quasi palma exal- Eccles. 7.  
tata sum, atq; hæc tandem occurritratio, q  
palma quo grauetur magis, quo & exurg. t  
altius contraq; pondus obnittatur: qua & in-  
genis cuiusdam virtutis, nullaq; aduersitate  
domabilis emblema est. Myſtice autem  
hic innuitur, animas, qua vere Christi spon-  
ſae sunt, quas fides in baptismate ei coniu-  
xit, ut apud Prophetam legitimus, Ieronimo te O. 2.  
mibi in ſide, palmæ perlimes eſſe: quo enim  
magis hic tribulationibus & afflictionibus  
premuntur, quo & caput erigunt altius, cœ-  
loq; viciniores fiunt, infractæ & inuictæ nul-  
lisque casibus succumbentes.

Instrumenta musica prius manib. percurri  
debent, quam sonitum edat, & quo feriūt  
viuacius eo & sonant iucūdius. Hoc quidam  
emblemati virtutem exprelit: varia namq;  
instrumenta musica, vt testudines, tibias, el-  
tharas, cymbala, psalteria, & fistra, simul cō-  
geslit, & hanc epigraphem addidit. Non per-  
tusa fileat. Cuius hic erat sensus: virtutem  
niū percuteretur & moueretur, nullum ede-  
re sonitum & iustos probaq; vitæ homines,  
qui vere instrumenta musica sunt, laudes di-  
uinæ quotidie decantatiæ, niſi ad viuum fe-  
riantur, & tribulationum plectro aut digitis  
hoc in mundo tangantur, nullam famam ac-  
quirere, ingloriosq; abire. at mox vt ab illis  
tangit cœpere, iucundissimum sonum & har-  
moniam suauissimam edere. Tunc demum  
virtus pernubila splendet, animus indies ex-  
crescit, ac robur corum exserere ſe per ad-  
uersitates incipit.

Exemplum nobis hodierni Euangelii le- Ioannis  
ctio suppeditat, veram inquam virtutis ima- Baptis-  
ginem Ioannem Baptistam, deserti in colam, laudes,  
Eremitarum decus, pœnitentiæ speculum,  
Messia prodomum, regum terrorem & fla-  
gellum, angelum deniq; cœlestem humano  
inclusum corpori, hodie scilicet ille carceri  
includitur, ferro granatur, manus pedesque  
vincitur, & supplicio destinatur, hic ab ince-  
ſtioſa Herodiade, illinc ab bipedium crude-  
lissimo Herode. Tetrarcha ad necē queſitus.  
Ingens profecto tribulatio, ingentes turbinae  
& procellæ: verum egregia etiam vir-  
tus, ingens animus, ac robur heroicum! quo  
enīma

Simile.

Iusti in-  
ſtruēto  
musico  
collati.

## DOMINICA II.

24

enim plus affigitur, quo & maius meritum ostendit, & Dei gloriam & animarum salutem magis cordi habet. Audite quid de eo dicat Euangelium: *Cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi.* De Ioanne primum sermonem instituam, de vinculis scilicet eius, captiuitate, carcere, deq; discipulorū illius missione: deinde Christum in scenam producam, miracula patrarentem, encomiaq; in Ioannem plurima coram vniuersa multitudine effundentem deponam. Auribus porro me benignis ac solita benevolentia audite.

Matt. II.

Crudelis  
tragœdia  
Ioannis  
decolla-  
tio.

Oratio  
Ioannis  
ad Hero-  
dem.

Matt. 4.  
Marc. 8.

Principio igitur, ipso Euangelii in limine, tristis ac luctuosa occurrit Tragœdia, qualē vix inquam mundus exhibuit aut spectauit. Argumentum est, innocentissimi virti decollatio, idq; ob divini honoris zelum, & quod veritatem coram rege truculentissimo non erubuerit confiteri: Actores sunt, Herodes, Herodias, & Zachariæ filius Ioannes; theatrum & scena, ipsa regis Iudaorum aula: prologum ipse agam. Ut rigitur quam gero, personam representem, erenicolas vobis sanctissimum, viginti quinq; ipsis annis deferrum incolentem, ac per solitudinem, singulari pœnitentia vitaq; austerioris exemplo vagatus est, exhibeo, camelii exuviis induitum, locustis & melle silvestri victitantem, & hunc divini honoris zelo actum salutisque animarum siti cestuantem, dum abominationes que in regia perpet abantur minime ferret, hodie solitudine egredientes, Ierosolymam petentem & aulam Herodis ingressum his eum verbis corripientes; Fama est, Domine rex, fratris te thalamum incœstuoso concubitu violare; qua permotus solitudine excitus urbem adiij, quo te peccati illius enormitatem turpitudinemq; edocerem, & officij te tui cōmonefacerem; incœstus namque te reum constituis, Deum ad iracundiam prouocas, omnibusque subditis es offendiculo. Quamobrem rebus tuis prospice, & saluti consule; nam non *lucet tibi habere uxorem fratris tui* Philippi.

Fuere nōnulli, qui hanc Ioannis castigationem accuratius inquirentes, dixerunt Herodem ab eo reprehensum, quod in legem Moses peccaret, fratris uxorem ducento, ex quam liberos suscepisset. Scriptum siquidem

est in Lege: *Quando habitauerint fratres simul.* Deut. 25. & *virus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius,* & *usebit sāmen fratris sui:* Et *fratrem* genitum ex ex filium nomine illius appellabit, ut non de'atur nomen eius ex Israhel. Si vero ex defuncto liberi supererant, matrimonia haec illicita & incœstuosa censebantur. Vtrum vero Philippus hic defunctus an superstes fuerit, Herode vxorem illius sibi sacrilegio connubio copulante, nemo iuxta Augustinum, tuto dixerit, cum sit incertum; constat tamen filiam ex eo superstitem fuisse, quam Euangeliū nobis describit. Quidquid sit, certum est, Herodem in legem diuinam, fratris uxorem sibi copulando, peccasse, & merito à Ioanne idcirco reprehensum fuisse.

Alii vero, vt Tertullianus & Montanistæ, qui monogamiam afferentes à secundis nuptiis abhorre bant, aiunt ideo Herodem castigatum fuisse, & Herodiadem ducendo secundas nuptias adiisser, verum Iosephus, & illistrisi. Cardinalis Baronius, cæterique Li. 18. ant. Patres, alterius opinionis sunt: aiunt quippe Iud. cap. 7. Herodem ob solū incœstum, & scandalum, Baron. 10. quod ex eo subditi patiebantur, à Ioanne 2. anno reprehensum, atq; hoc verba illius indicant, Christi 31. non *lucet tibi habere uxorem fratris tui.* Perinde ac si dixisset, multa quidem scio licita sunt Matt. 14. Marc. 6.

Regibus, quæ aliis negantur; at quæ ad legem diuinam spectant, multo tibi minus quam aliis inferioribus, violare licet. Scias igitur velim, fratris tibi uxorem copulando, diuinis te legibus aduersari, iustitia statum euertere, honorem tuum prostituere, famam offuscare, homines simul & angelos offendere, & ea quæ tibi penitus illicita sunt, agere. Sed, ô ingratitudinem singularem! Sancta hæc reprehensio & amica correctio infelici, pro dolor! mercede compensatur, opus sanctum sanguineo donatur præmio, ipse prezzo carceri includitur, in iudicium vocatur, regem aduersarii patitur, aulicis & purpuratis exosus est, & omnes eū ciues morte dignū censem. Et quābrevē dicat Marcus; *Ipsa Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vincit eum in carcere propter Herodiadē uxorem Philippi fratris sui.* Dux femina facti; sanctum virū in carcere cōsci impia iubet mulier, mulier scelestas; Marc. 6. mulier

Ingratu-  
do in S.  
Ioannem.

II.  
Feminæ  
ira extre-  
ma est.

Ecccl.29.

Ose.1.

Zach.6.

Impieta-  
tis figura.

mulier, cuius incestum reprehendebat. Ec-  
quenam, Deus bone, rabies est, in amicum  
correctorem conspirare, medico mortem &  
necem moliri, omnes aduersus innocentem  
concitare, non vereri eum quem omnes ut  
Messiam suspiciunt, honoris & decori limites  
transfilire, virtutem calumniari, viros sanctos  
carceri tradere, vinculis denique mancipare  
eum, quem omnes velut Deum colum & adorant?  
At nemo miretur, femina est, in qua  
nimirus furor & ira extrema sunt, & omniū  
aliorum iram suppetant. Vnde Ecclesiast. Bre-  
uis omnis malitia, uper malitiam mulieru. Hinc  
Dominus, cum innuere vellet, Israclis se amplius  
misereri nolle, sed indignantis instar,  
summa in eum severitate animaduersurum  
filiam in scenam produxit; Prophetæ quippe  
Osee præcepit, vt confessim vxorem du-  
ceret primamq; quam ex ea sciperet filia. Ab que m. ser. or. 14. nuncuparet, quod nullā  
amplius Israeli misericordiam esset ostensu-  
rus; Vox a nomen eius. Ab que misericordia, quia  
non addam ultra misereri domus Israel. Adeo vt  
nullum ad exprimendam malitiam crudeli-  
tatemque aptius reperire emblema aut sym-  
bolum potuerit Deus quā mulierem Ignos-  
cent hic mihi, spero, honeste ac pie matres,  
nam nonnisi impias & celestas mea iam fe-  
rit oratio.

Zacharias Prophetæ inter ceteras, quas ha-  
buit visiones, vidisse se ait mulierē in medio  
amphora constitutam, mastam plumbeam  
ore gestantem. Cumq; anxius haberet & di-  
bitans, quid portentum hoc designaret, di-  
centem audiuimus Angelum: Hec est impietas. &  
profecto quā apposite ad propositū nostrū!  
ad depingendā namq; impietate & improbi-  
tate nulla conuenientior haberi figura potuit,  
q; fœmina. Ut & interea hic de plumbō, quod  
ori eius insertum erat, taceam, existimo per  
amphoram & infundibulū, cui incident, quod  
vtrimeque patet, nihilque continere potest,  
tacite feminineam garrulitatem designari, quę  
hac & illac perfuat, nihilq; celare possit; atq;  
ideo forsitan aliam illam plumbum ore præ-  
ferre, vt mulieri silentium custodiendū esse  
demonstretur. Sed ad malitiam eius, cuius  
occasione in hanc digressionem descendit,  
reuertatur oratio.

Tom. I. Pars Hyemalis.

Ioann. in Apoc. mira se quædam prodigia Apoc. 9.  
vidisse ait, & imprimis nouum quoddam lo-  
cūstariū genus, quas equis ad bella profectu-  
ris similes fuisse scribit, caudas scorpionū,  
dentes leonum, & capillos mulierum haben-  
tes, & nocendi hominibus potestatem ade-  
ptas. Mirum profecto, Spiritū S. vt locusta-  
rum harum pestē exaggeret, omnem quę in mulieris  
mundo haberi potest crudelitatem coacer-  
uantem, vt rabiem equorū bellis assuetorū, crudelita-  
virus scorpionum, dentes leonum, capiti ea-  
tem supe-  
rū, velut malitia omnis & crudelitatis sum-  
rat. Malitia  
rum  
haberi posse demontraret, ac malitia mulie-  
ris, non secus atq; aspidis veneno, virum oc-  
cumbere & labefactari.

Idem alio in loco vidisse se scribit feminā  
virulētam ac pestiferam, quę bestiā septē  
capitibus instructa, & decem munitanti cor-  
nibus insidet, & varia blasphemiarum no-  
mina continet, purpura, & coccino indu-  
tam, aurō fulgentem, ac crudelem quā quę  
maxime, vtpote quę sanctorum ac martyrum  
Iesu Christi languine ebria esset, & cui nomē,  
Mater fornicationum & abominationum terra. Apoc. IV.  
Morali enigmatis huius significatione sepo-  
sita, ac literalī maxime inhærendo, atque al-  
legoricam hinc inde permiscēdo, veram hic  
malitiā mulieris imaginem proponi sentio.  
Nā quod bestia se precipiti, & decem arma-  
ta cornibus insidere dicatur, eius hic garru-  
litatem denotari existimo, vtpote quę plus  
quam alii septem loquarur, cum septem ca-  
pita & linguas habeat: millesq; artib. & tech-  
nis instructa sit, quarū figura decem illa cor-  
nua esse perhibentur: at hæc non nisi peruer-  
titatē illius explicant, quia nomina eius blas-  
phemii, & maledicentia plena sunt. Purpu-  
ra porro & aurī fulgor, superbiam & fastum  
denotant; sanguis autem quo ebria fingitur,  
crudelitatem.

Vera quin etiam hic Herodiadis nostræ Herodias  
imago repræsentatur, & in hac meretrice, per mere-  
velū in tabula mores eius & agendi ratio ad tricem Ba-  
viuum depicta legitur. Videte enim, vt ho-  
bylonicā  
die instar belluarū truculentissimæ desæuiat,  
spumeret, efferascat, mille hodie cornua assu-  
mat, mille technas machinetur, quo de in-  
crudelitatem.

D nocuo

nouo sancto que viro vindicta sumat. Vide-  
te quin etiam, ut surgeat & superbiat, qua &  
regina luxum ac ornatum præferat, regiaq;  
pelle fit. Videte quam vere fornicationum,  
abominationum, & incestuum omnium in  
Iudea mater appelletur. Videte inquam, ut  
sanguine Ioannis Baptista ebria sit, quam in  
carcerem conici, vinculis constringi, & ad  
necem conquiri iubet. O malitiam intolerabi-  
le & extremam! rabiem barbaram nimis  
& intolerabilem, o affectus nimium crude-  
les! Ita porro exclamare me cogit Origenes,  
qui in peruersas inuectus mulieres, hac eas

*Homil. 7. in diuersos. mulier caput est peccati, mea diaboli, expulsio paradisi, corruptio legis antique.*

*3. Reg. 18. 19.* Nunquam Elias Propheta impii Achab crudelitatem timuit: tametsi in regno eius Elias ma- quadringentos pseudoprophetas interfecisset: gis Iesabe verum dum se ab impia Iesabele ad necem lem quam conquiri cerneret, ac compertum haberet, Achab Re quanta illius malitia & furor esset, vrbe de- getimuit. ferta, solitudinem petiit, & cauernas ferarum incoluit, atq; in tanum eius potentiam ve- ritus est, ut priusquam in manus illius incideret, mortem a Deo velut laborum suorum præmium enixissime peteret, ut scilicet ipsa ærumnarum & calamitatum filum præcide- ret. Audite, ut imis cauetnis exclaimeret, *Ob serro Domine, tolle animam meum, &c.* Vnde manifestum est, nihil esse furore muliebri formidabilius, nec simile quid ei reperiri posse, præsertim cum mulier princeps furor induit, & lasciuos ac furtuos amores conse- cratur.

*Imago* Historia monumentis proditum est, Me- Veneris in galopolitanos simulacrum quoddam Vene- vrbe Me- nis erexisse, eiq; inscripsisse: *Dea machinatrix galopoli- Gartifex*. Docere scilicet volebant; nihil dif- ficultatis esse, quod nō Venus & amores im- pudici, quos hodie tamen mundus adorat, non adéant, & quidvis eadem, quo voluptatis compotes siant machinari. Cui enim deli- cto ignoscunt? quam vero crudelitatem non exerceat: quam impietatem illicitis amoribus satisfactui non ostendunt mortales? va- de Poeta.

*Et nilest. quod non effreno captus amore Ausit.*

*Hæc porro Venus ipsa Herodias est, quā*

in magna illa & sancta Ierusalē Herodes ad- orat & supplex colit: ipsa pessimi confilij & damnos artificij machinatrix, qua instiga- trice Phœnix ille mundi Ioannes, gemma sanctorum, & Iudææ Propheta in carcerem deruditur.

Rex quidem fieri iubet, ast amor suggestit & cōfūlum dedit, sceleratus ille cupidio ani- Amore  
mum illius eo perpulit: ille, ille tantæ impi- cæsus He-  
tatis auctor est, ille eum excæcet & fascinat, rodes Io-  
vt propter Herodiadē, delicias illas crude- annem in-  
les & amaras, virum sanctissimum in carcerē vincula  
compingat, compedib. grauet, viaculis cō-  
stringat. Cæsus igitur revera amor est, tum  
quod inter imparis aliquando coaleseat, tū  
vero quod mentem hominis penitus obnu-  
bile & excæct. Vnde Propheta, *Fornicatio  
& vinum, ebrietas auferunt cor: quibus in  
verbis duo notanda occurunt. Primum,* Psal. 4.  
*quod amor & voluptas homines vsu rationis  
priuet, & in bestias quodammodo transmutat.* David siquidem hoc scelere inquinatus,  
cor se & mentem amisisse confitetur, & aliud  
& nouum quidem a Deo postulat: *Cormun-  
dum crea in me Dew.* Alterum, quod forni-  
cationem vino comparet: nam vt ebrius iudi-  
cio & ratione destitutus est, & à bruto nihil  
ominino differt & fornicator, illiciisque  
amoribus irreitus. Oculos in Herodem  
hunc coniicte, & videbitis eum mente or-  
batum in ista ebria in peccato cespitate, ne  
posse consistere.

In felix profecto peccatum & detestandum, Adulterii  
quod David non alio, quam generali iniusti- malitia:  
tiae nomine nuncupauit: *Non dominetur in- Psal. 118.  
quit, me omnis iniustitia.* & alio in loco infer- Psal. 18.  
nale barathrum appellauit: *Confitebor tibi De-  
mine Deus meu in toto corde meo, & glorificabo  
nomen tuum in aeternum, quia misericordia tua,  
magna est super me, & eruisti animam meam ex  
inferno inferiori.* Perinde ac si dixisset: Quan-  
tam mihi gratiam, benignissime Domine d  
peccato me carnis educendo contulisti: si e-  
nīm certissimum est, peccata infernū quē-  
dam esse; hoc profecto omnium infimus est  
& profundissimus, è quo non nisi difficulter  
quis egrediatur. In quem sensum interpreta-  
tur psalmum hunc Euthymius, & per infer-  
nū inferiorem adulterii peccatum intelligi-  
Grauif-

III. Grauiissime porro Deus in fornicatores & adulteros animaduertere solet, adeo ut cum omnes propemodum homines hoc irretitos peccato videret, gemēs dixerit: *Dilebo hominem quem creavi, a facie terra, ab homine usque ad animalia, à reptili usq; ad volucres et ali; &c.*

*Gen. 6.* Ecquānam illa, Deus bone ira tua: nulli omnino animali parere vis, nisi solis pīcib; qui quod non ceterorum animalium instar, per copulam caraalem, sed alia quadam ratione honestiori generent, castitatis & putatatis symbolum sunt. Hinc Dominus, eos solos excipiens, in cetera animalia animaduertere proponit. Vnde manifestum redditur, magno Deum peccatum hoc eiusq; sc̄tatores odio prosequi. Et est reuera detestandum ac fugiendum, propter varia quæ id ipsum comitari solent mala, atque ob hoc Eremitarum princeps in carcerem coniectus est.

Magna e- In quo magna omni ex parte eluet iniu- lucte iniu- lucte. Quoad Ioannem imprimis, qui nihil stitia inco vñquam deliquerat, virtutum omnium spe- quod He- culum erat, coelo gratus, angelorum socius, rodes Io- mundifax, Melisæ præcursor, pœnitentiū- annem in que dux & coriphæus. Quid n. offenderet is, vincula qui desertum incolebat, omnium rerum sæ- cōiecerit; cularium inopia laborabat, nemini grauis Herodis aut iniuriis, sed omnes ad pœnitentiā inui- scelerā. tans: Deinde quantum ad Herodem, vt pote quo nullus in orbe nequior aut scelestior vi- uebat, qui templū protanauerat, sacerdotia inuaserat & indignis contulerat, imperium pessundederat, leges omnes & cultū diuinū, ac sancta ipsa conculcauerat: qui ciuiū depe- culator, nobilium prædo, bonorum flagellū, populi tyrannus, filiorum suorū tortor & car- nifex, externorum vaſtator, patrie pestis, re- gnilabes & ruina erat. Et præfertim quoad Herodiadē, Aristobuli filiam, mulierē per- rodias.

Item He- pellicē Iudeę propodium, lasciuia fomitē, animarum sirenem, Veneris mancipium, illi- cium libidinis, scelerum artificem, vinculo- rumq; Ioannis Baptista machinatricē. Huic nempe vni carcerem & compedes innocuus Domini p̄cursor acceptos referat necesse est.

Causa ca- Nulla autem carceris captiuitatisq; illius alia dari potest ratio, quam quod veritatem ioannis.

libere fuerit confessus, regisq; Herodis scela magna libertate & confidētia corripuit. In tantū quippe tyrannus verbis viri exacerbatus est, vt ira furoreque tumens mortem illius iurauerit, qui animæ regiæ vitæ daturus aduenerat. Proh scelus, sed principib. & magnatibus perfamiliale! qui nulla ratione veritatem patiuntur, virtus sua coarguiæ gerrime ferunt. Hinc bene quidam magnæ auctoritatis vir mihi vius est dixisse, dum veritatem non magis Principum aures, quam thesauros corum, lucrum ē proprio censu pecuniaque, fēnōre duodeno redactum, subire alaceret: ē duodecim namque verbis vix vnuis verum aliquis audet dicere, adulatio si quidem in palatijs perpetuo dominatur, veritas autem exulat, & repulsam patitur, adeo vt ille vere audax dicendus sit, qui regib. & purpura veritatem loqui præsumat: hoc eum Psalmographus fecisset, magnum quid se fecisse glorabatur, dicebatque: *Loguebar Psal. 118. de testimonio tuis in conspectu regum, & non confundebar.*

Amos Propheta cum Regi Ierooboam veritatem olim diceret atque illius idolatriam non ferret, summus eum Pontifex acriter velut loquacem & importunum, reprehendēs, regia ciecit dicens: *Quoniam illa tua temeritas est & audacia Amos, ecquæ dicēdi libertas? quomodo ausus es regi veritatē in terra Bethel annuntiare? an non illius & principū omnium maiestatem veritus es? Quoniam obre confestim hinc te proripe, fuge in terram Iuda in qua quo minus libere loquaris, per nos non stabit: at hic, inter alienos, obmutesce, præsertim eum in aula verseris, & nemo regibus veritatem adaperire soleat. Vnde effere volo, principibus & optimatibus omnē veritatem grauem & exosam esse, ac non nisi summo cum vitæ discrimine eandem in aula annuntiari.*

Deus cum Balthasar Babyloniōrum regi veritatem annuntiatam cuperet, illiusq; impietatem coarguere, prophetæ alicuius ad miniculō non est vsus, sed manū quandam cœlitus demisit, quæ ē regione candelabri in parieris superficie, rege inspectante, veritatem describeret, ac lingue vice quodammodo fungeretur. Et apparuerunt digiti, quasi

*manus hominis scribentis cōtra candelabrum in superficie parietis aula regia.* Nulla siquidem in palatio manus inueniebatur, cuius tanta auctoritas ac robur foret, ut veritatem describeret; cœlitus aliquam in hanc rem descēdere, ac parietes linguam, om̄nib. elinguis, affumere necessarium fuit. Nullus igitur veritatē eloqui, ac præsertim coram optimatibus ac regibus, audet.

Nathan Propheta, cœlitus ad Dauidi veritatē annuntiandam, vitiaque illius castiganda destinatus, priusquam ad rem descendenter, longo & altius petito exordio vsus est; nec id, cuius gratia venerat, libere, sine ambagibus, aulus fuit aperiēre; sed parabolā instituto parū, ut quidem exterius apparebat, conducentem, narrare occepit: fuisse nimis eadem in ciuitate duos, quorum unus opulentus, alter inops & pauper foret, priori multa armenta & greges; alteri nisi vnicam ouiculam fuisse, quam à teneris domi aluerat suæ, atque instar filiæ dilexerat. Superueniente deinde diuiri hospites, quos conuiuo excipere pararet, pauperis illius ouiculam, suis parcendo, iugulasse. Qua rex iniuria ad iracundiam provocatus, morte illam castigandam censuit omnemq; se daturum operam ipponit, quo in pecularum illū animaduertetur. Tum Nathan captata opportunitate, & veritatis absynthium, quod parabolæ hactenus melle texerat, detegens, subintulit: *Tu es ille vir qui fecisti hanc rem.* Vniuersa rei huius series, Prophetæ exordium, inuentionesque & artes quibus regem aggressus est, euidenter demonstrant, quanta cum difficultate, ac discrimine principibus veritas declaratur. Exemplo sit, ne diutius euagari cogat, Ioannes Baptista, qui quod Herodi verū dixisset, in carcere conicctus est, vitæq; discrimen adiit.

*Carcero-*

*annis & e-*

*stare malefici alicuius aut homicidæ cōpedi-*

*bus grauatus iacet.* O Paradoxa inaudita ha- uitas ex-

*& etenus & inuisa!* Hominem sanctissimum,

*aggera-*

*tur.*

*Ioan. I.*

*Psal. 49.*

Hæret igitur constrictus in carcere, & in-

star malefici alicuius aut homicidæ cōpedi-

bus grauatus iacet. O Paradoxa inaudita ha-

uitas ex-

& etenus & inuisa! Hominem sanctissimum,

Deo perfamiliarem, Pōtificis Zachariæ filiū

in carcere gerere? manum illam, quæ filium

Dei demonstrauit, dum ait, *Ecce agnus Dei,*

vinculis constringi! Referre igitur huc Dauidicu-

m illud licet, *Et nobiles eorum in manus*

*ferreis.* Quid? linguam illam obmutescere, quæ tam præclarum de Messia diuinitate testimoniū protulit? Libertatem illa in custodia constrictam teneri, qua tam sancte in vasta vixit solitudine? illum deniq; qui lordanis prius aquis Salvatorem mundi abluerat, proprio tandem sanguine tortois manu ablendum? O spectaculū tragicum ac nulquam vīsum! Interea *Iannes in vinculis suspirat.*

Et profecto cum vincula hæc considero, mille mihi conceptus animo obuersantur. Varii de Occurrū in primis profunda illa & infribilia Dei iudicia: vt nimirum iustos & innocentes, Ioannis cuos, hic in mundo affligi & cruciari finat, & cōceptus, hanc Ioanni Baptista infamiam, iniuriam, iniustitiamque irrogari permittat. Quod alias expendens Chrysoſt. demiratus exclamat: *Ioannis magistrum vi. & sanctitatem non schola virtutis est in vinculis.* Atq; huc alius ludens Psalmographus, & quam proxime sancti huius Episcopi verbis accedens, dicebat: *Nunquid cognoscēntur in tenebris mirabilia tua, & in vita tua in terra obliuionis?* Mundum hunc ecce terram obliuionis vocat, eo quod Deus bonos & malos, illos affligendo, hos ex merito non castigando, oblitus videatur; & Mundus alio in loco non latit diuinam bonitatem de- mirari potest, quod impios diurna gaude- uionis. re via permittat, ac rerū temporaliū afflu- tia locupletet, vt eorum & sui quodammodo videatur oblitus, ait enim, *vñquequo peccato- res Domine, vñquequo peccatores gloriantur.* *Psal. 87.*

Secundo, aduerto hinc, Deo solenne esse vñacum afflictionibus & crūnnis gratiam quoque elargiri, tūstiaque læris tēperare & prospera aduersis, adeo ut quāmis corpus exteriū grauari & excruciarī finat, animam tamen nunquam deserat, sed perpetuo eam custodiāt ac tueatur. Hinc in libro Sapientiæ legitur: *In foro arime in manu Desi jun. Et non tanget illes tormentū mortis, vel ut alia ver- sio habet, tormentū maius.* id est, peccatum. *Sap. 3.* Deus suos nunquam deserit.

*lob. 2.* cas tueatur, manu tenere, non autē corpora; & hæc quidem affligere & torquere, illas autem ab omni discrimine præstare immines. Quod exemplo Iob Prophetæ satis probare licet: in cuius quidem bona & corpus Sathanæ potestatem dedit; animam vero ab omni impetu & casu turatus est acriter quippe veterat; ne quod in illam cruciatus genus exerceret: *In manus illius terua.* Ipse quoque viagentus Dei filius, tristis passionis die, Patris æterni naturam perspectam habens, quāuis corpus suum defereret; idque tormentis exponeret & quodammodo prodigeret; de sola anima fuit sollicitus, quam in manus Patris commendauit: *n manu tuas commendo spiritum meum.* Cuius rei figura erat lectulus Salomonis, quæ ambiebant, ut plurimum sexaginta fortissimi Israël. Thalamus hic anima iusti, in qua Deus requiescebat & dormilcere consuevit; armati illi custodes, gratiarum diuinarum præsidium, qua die nocteque circum illam excubant, eamq; circumtingunt, designant:

*Mundi 3.* Tertio hinc disco quam fragilis & inanis mundi fuit mundi huius gloria, fauor, quamque leui uot inanis & cadiaco nitatur fundamento, cum nimurum est & futi- ille quem omnes paulo ante, ut Prophetam suspererant, Melchiam esse crediderant, ad quæ legati à Rege Herode destinati erant, hodie in carceribus gemat, compedibus constringens iaceat, ac brevi carnificis mucrone vitam amissurus sit. Hic renouatum videris casum illum tragicum, quo Daniel, quem hodie super omnes reges Satrapas & principes cuectū, summis honoribus cumulatum vidisti, cras ad mortem condemnatus in lacum leonum conjiceretur. O terribiles! o honores nimium fugaces & fragiles! Paulus cū Lystris miraculo claudum ab utero matris persanasset, pedumque rsum tribuisset, ciues nouo hoc miraculo perculsi, dixerat adiuicem: *De si miles facti nobis descendentes ad nos;* atque idcirco Paulum Mercurij, Barnabam Iouis nomine donarunt; quin & ipsi sacrificuli nectentes coronas & lepta, victimasque domum illorum adducentes, iisdem illas immolare velut diis voluerent, sed audite, quid mox cōtigisse Scriptura dicat: *Superuenient quidam lindas.* & persuasis turbinis lapidantes Paulum, tra-

*xerunt extra ciuitatem.* Ecce qui paulo ante Mercurius habebatur, cui litare victimam sacerdotes volebāt, mox ut maleficus & sceletus quidam in urbe, velut ciuium consortio indignus, eiicitur. Hę sc. sunt metamorphoses Concionatoris mundi inconstantia:

Quarto norandum hic occurrit, ideo Ios. ritatem annem in vincula coniustum, quod veritatē celare non aperuisset; unde manifestum redditur, condebet. cionatorem libere loqui, nemini parere, ve- *I. 1. 18.* ritatemq; sine villo metu proloqui oportere. Concio- Ideoq; vox illius tubæ comparatur clangē natoreis: in Isaia quippe legitur: *Quasi tuba exalta tuba ap- vocem tuam.* Ut quemadmodum tuba in ca- pellantur stris omnes compellat, omniumque auribus infremit, tam ducis quam militis, tam prin- cipis quam gregarii aut lrix; ita vocem co- cionatoris in Ecclesia aduersus omnes exclama- mare, magnos & paruos compellare, princi- pes & plebeculam ad penitentiam vocare, virtusque omniam sine villo discrimine bellū indicere debere, manifestum fiat.

*Cant. 3.* Idem Isaías vidisse se refert olim homines, qui levitate nubes superarent; quod myste- rium dum percipere nequiret, petiit à Domi- no, *Qui sunt isti, qui vt nubes volant?* Sancti Compa- Ecclesiæ Doctores, per hos nonnisi concio- ratur nu- nares intelligunt: quos ideo nubibus com- paratos aiunt, quod quemadmodum nubes in aere suspensæ, spongiae inquam illæ natu- rales, dū aqua ē terra & mari exsugunt, ean- dem, dum plenæ fuerint, hinc & illinc, sine villo discrimine, effundunt; nequaque anxiæ vtrum in principiis alicuius aut agricultoræ agri- cum ea decidat; ita nubes illæ supernatura- les & ecclesiæ, verbo Dei turgidae, dum sanctū & benedictum Euangelij liquorem effundunt, promiscue illum sine villo respectu aut exceptione, tam in pauperis quam diutis animam emittere, & Dei indignationē eiusq; iudicia, tam coram Rege aut Principe quam coram populo & indoctoribus, referre de- beant.

Cum Ieremiæ Deus rerum futurarum euentus aperiret, ait: *Mittam eis multos venato- res,* & venabuntur eos de omni monte, & de omni colla. Locutus est haud dubie hic de concionatoribus, qui ē cœlo in hunc mundum missi sunt, ut animas venentur, & in Dei casses illi- D. 30 ciant.

*Ierem. 16.*  
Item ve-  
natorib.

DOMINICA II.

39  
ciant. At in omni monte & colle venetur necesse est, immo in summis montium iugis, id est, in aulis ac palatijs Principum. Et ut venatōres animo nulum laborem subterfugiunt, per rupes & saxa repunt, in præruptos Ieopolos ascendunt, vepreta & dumos per rumpunt, spinas perfringunt, modo ut lepusculum, modo vulpem, alias ceruum, &c. alias aprum aut lupum, vel aliam feram comprehendant & constringant, nulliq; parcunt animali: ita concionatorem honoris diuini zelo accēsum, & animarum salutis siti laborantem agere etiam par est, nullā difficultatem metuat, nulli labore parcat, quo sanctam hanc venationem instituat, per omnes agros & silvas voliter, per omnia discurrat loca, tā per pauperum tabernas, quam magnatum palatia, ut ipsa etiam regum nō obliuiscatur limina: modo agricolam simplicem, & instar leporis meticulosum, modo caudicūm, instar vulpis astutum; modo ceruos, reges inquam, modo lupos & aptos, depulatores illos prouinciarum, in casles trahat; atq; ita in omni monte & colle venetur, omniaque ferarum genera consecetur. Hac porro ratione venatio nō instituebat Ioannes noster, qui cum deserta, silvas, rupes, agros, Palestinae montes, omnemque Jordanis ripam percurrisset, rives tandem intrat, palatia regum petit, ut in ijsdem Herodem in casles pertrahat suos, sed, cheu! fera elapsa venator in vincula incidit. *C. in audiſſet Ioannis in vinculis.*

*5.* **Virtutes** cum Ioannem in Herodis Antipæ, filij Herodis Magni, Ascalonitæ, infanticidæ, carcere strictæ te- re iacentem intueror, malum quid animo au- ventur, & guror, ac triste menti onus occurrit; Ioannes virtus do- namq; gratiam sonat, qui cum hodie in vin- minantur. culis esse scribatur, signū est, virtutes & gra- tias diuinæ hodie captiuas detineri, virtus autē libere per omnia dominari. Et sanc̄ ita se res habet, fides in primis compedibus cō- stricta est, & heresis impune grassatur. *Cum* *venerit filius hominuſ putuſ ne inueniet fidē ſpes* quoque captiuas detinetur, omnesq; mendaciūm consecrantur; *Poſuimus mendaciūm ſpem noſtrām.* Charitas quoq; non amplius appa- ret, sed bellum iugaleſcit. *Surget gēs contragē-*

*tem, & regnum adueſſe regnum. Liberalitas ſeruitutem ſeruit, & auaritia regnat; à maiore lere. 6.*  
*v/q; ad minorē omnes auaritia ſtudent. Caſtitas comprehenſa eſt, & libido libera vagatur. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt Ioāues Psal. 13.*  
denique qui virtutis ſymbolum eſt, vinculis conſtrictus tenetur: & Herodes qui ſcelerum ſceptrum tenet & late dominatur.

Sexto, zelum hinc & audaciam, & inſtructū animi robur in ſanctō hoc Anachoreta nota- re eſt: cum enim nullus omnino in Iudea re- periretur, qui Herodis peccatum arguere inceſtumque illius caſtigare audebat, ſolus Ioannes eremita, ſolitudinem egressus, iniuieti profecto animi, id aggressus eſt. *Egyptij cum Pharaonis peruicaciam animiq; in- durationem cernerent, nullus eum arguere auiſus fuit: ſed tandem ſerui, viſis tor prodigijs dixerunt, Vſquequo patiemur hoc ſcandalum?* Nō erant Principes, aut ſacerdotes, non optimates, aut ſummate, ſed vilia mancipia que regem reprehenderunt: nō erat hic in viuera ſynagogogā ſcriba, aut Rabbi, nec in aula nobilis, nullus in cōcilio Senator, nec ullus in vrbe ciuīs, qui eū taxare aut corrīpere audeat: ſed Ioannem deferto, eius coarguēdi ergo, egedi neceſſe erat. Quam bene igitur de eodem prædictis Pſalmista, *Loquar de teſtimoniis tuis in conſpectu regum, & non confundebar,* & eodem in loco aliis verbiſ. *Defectio tenuit me pro peccatoribus dereliquentibus legem tuā.*

*Pſal. 118.* Septimo, ē verbiſ Euangeliſta, quibus ad Ioannes Ioannem in carcerem Christi miracula audi- tu relata ſcribit, duo colligimus: primo, Io- annem non mediocre ſolatiū malorumq; miraculi leuamen in carcere, cum miracula Christi quaē diſcipuli hinc inde facta narrabant, audi- ret, ſenſiſſe: *Cum audiſſe Ioannes in vinculis oſera Christi.* Ut hinc diſcremeruſ, maximum nobis in mōrere & tribulacione constitutis ſolamen eſſe, ſacras conciones adire, in ijsq; miracula que de Christo narrantur, audire. Secundo, Ioannem postquam Salvatōrē ba- ptizasset, rariſſime deinde cū ipſo egiſſe, nō quod illius familiaritatē ſubterfugeret, quippe quod ardentissime cū illo agere, conuerſari, & loqui deſideraret: & non mediocre gaudiū ſenſiſſet, ſi miraculi illius intereffe, conciones audire, corā cum videre, adorare quem

*Matt. 11.*

*Luc. 18.*

*Pſal. 28.*

*Luc. 21.*

*Exod. 10.*

*Pſal. 118.*

*Matt. 23.*

*Matt. 11.*

quæ Deum nouerat, auxiliari, adesse, omniaque illi obsequium deferre potuisse: sed cum summum perfectionis gradū esse sciret, Dei voci obedire, quo nimur nihil eidem esse potest gratius: præcursoris officio fugi, pœnitentiam prænuntiare, quam cum illo agendo sibi vni prodesse & voluptatem propriam seclari maluit. Quo nos ille edocuit, non parum falli eos, qui indiscreto quodā zelo acti, ea ad quæ ex voto obligati sunt deserunt, ut alia quæ maiorem pietatē includere videntur, consequenter, propriaq; studeant consolationi. Verum ad quæ ex obligatione & voto tenentur, primo adimplēda sunt: Moſe enim cum Deo agente, & ineffabili consolatione in monte Sinai perfruente, contingit populu per campos diffusum idolatriam exercere vitulog; diuinos honores impertiri: quo viſo, ait Dominus, *Defēte cito, quia peer aut populus tuus*: quasi dixisset, Meditationē hanc cœlestē desere, contemplationis solamina derelique, operi portius incūbe, & populo vtā peccato deflīsat, suggere. Docemur hinc ea quæ voti & officiū sunt, operibus voluntariis præferēda esse. Ipſe quoq; Dominus ac Redemptor noster pridie quam pateretur, in maxima licet angustia constitutus, & angelico colloquio perficiens, ſepiuſ orationem interrupit, vt videret quid retum Apostoli agentem, eorumque inertiam & ſomnolentiam reprehenderet, & ad orandum ac vigilandū eos excitaret. Docere nos ex proposito volunt, ea quæ ex obligatione faciēda incumbūt, ante orationem ſonualem & contemplationis dulcedinē esse p̄mittenda. Quod egregio ē veteri Testamēto conceptu cōfirmabo.

Deniz. 12.

Scriptum in Leuitico legitur, nō prius pacifica, id est hostiam voluntariam, vel ad beneficium aliquod à Deo obtinendum destinatam offerri potuisse, quam legalia quæ in lege præcepta erāt, oblata effent: adeo vt pacifica sacrificiū legis quodammodo inhārent. Quo disceremus, prius ea ad quæ nos lex, vota & officiū obligant, faciēda, ac deinde opera ſupererogationis, ad quæ propria voluntate impellimur. Ionathas cū feruore pugnandi teneretur, & viribus & animo fidēs inimicos adortus effet, ac paulum mellis ē ſummitate virgæ præter Saulis voluntatem

gustaffer: quod in maiorem potius gloriam, *I. Reg. 145* & merito quidem, cedere debuiffet, quod oculi eius illuminati effent, quod inimicos Domini profigasent, victoriāque amplissimam retulifet, a patre tamen Saule ad mortem condemnatus effet, eo quod voluntate regia contempta voluntati propriā & affectui priuato obsecutus effet, quamvis multo major inde uirtutis ſecuta effet. Profecto quāuis intentio noſtra interdum, vt & Ionathā, optimā fit, & maiorem Dei gloriā animarumq; ſalutē respiciat, zelo proprio ducta: regulaq; noſtri & ac tutorum oblii mirabilia ſapē operemur, auſteritates & pœnitentias exerceamus, & victorias maximas de inimicis referamus: Deo tamen displicent hēc omnia, qui ſapē numero nos victoris onustos ad infernos detrudit: Sed ad carcerem nostrū redeamus, videamusq; quid ibidem captiuus Iōannes agat. Euangelista illum ait duos ex discipulis suis ad Christum misisse, vt ex ore illius ſcirent, num ipſe verus Messias effet.

V.

Torquent hic ſe mirum in modum S. Patres, vt Iohannis mittentis honorem tueātur. Variè op̄tates, niones de Hinc enim manifeſte ſe quidē colligere putant, Loanni certo nondum conſtitutes, vtrū pulorum Christus verus Messias effet, nec ne: alij, ve- ad Chri- ro, dubitaffe eū tradunt, nō an Messias effet, ſtum miſione. Sed optime omniū mihi dixisse viſus est Gre- gorius, dum ait, legationem hanc non alio reſpexiſſe, quam vt Iohannes certior fieret, num Christus ad limbū Patres inde educti- rurus, in propria pſona deſcenderet: vel vt qui- dem ſentit Chrysost. hanc legationem ador- nauit non quod ſciret quod ſcire ſe velle de- mōſtrabat, ſed vt alij id ſcirent, diſcipulosq; ſuos idipſum edoceret. Evidem ſanctorum patrum expoſitioni, quo ad ſenſum quidem literalē, inhārendo quoad mysticum, mul- tas ob rationes, eisque egregias diſcipulos eum ſuos ad Christum deſtinasse dico, qua- rum hēc prima eſt.

T.

Declarare ſe voluit, de functorum ſe ſe ra- tionem habere, & tam de moriorum quam S. Iohannes viuentium ſalute ſollicitū & anxiū effe: idū de mor- ad Melliā legationem mitit, qua ſcire la- tuis ſoli- borbat, num ad limbū deſcenſurus effet, vt citus erat. inde patres educeret, & ſtudium etiam ſuum erga.

erga mortuos demonstrat. Simul nos edoce-  
re, non solum viuorum, sed & mortuorū cu-  
ram & rationem habendam. Hoc siquidem  
Christiani hominis officiū exigit: atq; ideo  
Noemi corā nuruſa aliquando Booz lau-  
dans ait, *Benedictus sit à Domino, quoniam eā  
dem gratiam quam prebuit at viuū, seruauit &  
mortuus &c.*

**O**stendit  
se disci-  
pulorum  
curam ha-  
bere quo  
proficeret

**1. Tim. 5.**

**Gen. 15.**

**3.**

**Num. 12.**

Deinde ideo discipuloſ ad Christum legat,  
vt ab eo discerent, quod ierūs Messias ellet:  
ſimulq; vt hinc disceremus, quantam ſeru-  
rum & domesticorum curām habere nos o-  
porteat: ipsa quippe natūrē ratio, cōſcientia-  
que, & que omnia iura ciuilia & diuina à no-  
bis exigunt, vt de ijs, non ſecusac de nobis i-  
pis ſolliciti ſimus. Audiamus ſigitur, quid in  
hanc rem Apoſtoliſ monuerit, *Si quis a ſue-  
rum & maxime domesticorum, curām nō habet,  
fidem negauit, & eſt infidelis deſerior.* Atque id  
circo Iacob Parriarcha, cum in Bethel ſe-  
deret Deo vičtimas oblaturus, illud ante oīa  
curauit, vt ſerui & domeſtici Dei cultrū, ab-  
iectis idolis, edificerent, ideoq; hac eos ora-  
tione compellauit. *Abi, ite Deos alienos qui in  
medio vestri uiri & mundani, ac mutare ve-  
ſimenta vestrā, &c.* Ut ſeſt. ad locum demon-  
ſtraret, quācum pater familias de domeſti-  
cis & famulis eſſe debeat ſollicitus, monen-  
do illos nimirū, vt peccati idolum commi-  
nuant, veſimentaque prauarum conſuetu-  
dinem exuant.

Vi etiam zelum quem habebat erga ſalu-  
Zelus Io- tem animarum, & curam eorum qua gloriā  
annis erga Dei ſpectarēt, ſignificaret. ſimulq; nobis pa-  
ſalutem a- dorem inuiteret: cum ipſe, quāuis carcere  
nimarum. cōclusus teneretur, vinculis cōſtrictus eſſet,  
& ærumnas varias perferret, de honore tamē  
diuino, ſollicitus ſit, deq; animarum ſalute  
laborer: Nos vero ad minimam aduersitatē  
qua premiur, minimum quo affligimur ca-  
ſum, ad primū confiſtū ſtātim credamus,  
animū despōdeamus, viruti terga obuer-  
tamus, & à beneficiendi ſtudio auocemur.  
Imitautes videlicet inertes ac meticuloſos  
illós Hebréos, qui dum de gigantibus, ac co-  
loſſeç ſtature viris, quos exploratores in ter-  
ra Chanaā viſiſſe ſe aſſerebant, inaudiffent,  
animo conciderunt, omnemq; eius acquirē-  
dæ ſpem abijcere, & in Ægyptum ad oīas

carneas reuerti voluere.

Generoſior ac cordatior erat ille qui dice-  
bat: *Anima mea in manib⁹ meis ſemper, & legē Psal. 113.*

*tuam non ſum oblitus:* quo enim amplius de-  
primebatur, quo & animum altius ad Deum

fufollebat, inq; eius cultu reddebatur con-  
ſtantior. Anima autem in manib⁹ eſſe ali-  
cui apud Hebræos dicitur, quando in extre-  
mo diſcrimine & viṭe periculo verſatur. Atq;  
hunc in modum locutus eſt patri ſuo Iona-  
thas, cum Dauidis cauſam ageret: *Pofuit ani-  
mam tuam in manu iux⁹, id eſt, tui ſeruandi et-  
go extremo ſe diſcrimini ac mortis periculo*

*expoſuit, quo fidelitatē & obsequiū erga te*  
*ſuum teſtareter. Atq; ideo ſenſus Prophetæ*  
*verborum hic eſt: Quāuis quotidie in viṭe*  
*verſer diſcrimine, inimicis me circumquaq;*  
*circumcingentibus, capitiq; minitantibus;*  
*legem tamen tuam non obliuifor, & in mā-  
datis tuis viuit anima mea. Ita quoq; captiu-  
us noſter, quo maiori in periculo verſatur,*  
*eο ſe erga Dei obsequium feruentiore de-  
monstrat, ideoq; legationem diſcipulorū*  
*ad Melliā iuſtituit. Legata interea eloquunt-  
ur, audiamus quid ſibi velint: *Tu es qui ven-  
turus es, an alium expeſtamus?**

Quis ſublimiorem & profundiorem que-  
ſtione audiuīt vñquam? queſtio eſt de di-  
uinitate filij Dei, de veritate Melliæ, de re-  
demptione orbis, ac prophetiarum omnium  
conſummatione. *Tu es qui venturus es, &c.* Per  
inde ac fi dixiſſent: *Tu es ille quem Propheta  
præſignificarunt & deſignarunt, quem Si-  
byllæ annuntiarunt, quem omnes maiores  
noſtri deſiderarūt? ὁ οἰ̄ο̄εχεὶδηρός; ait textus  
Græcus, *Tu es ille qui venturus es*, ad iratum  
Deum placandum, homines redimendos,  
peccatores ſaluādos, debita noſtra diſoluē-  
da, cœli iauas aperiendas, angelorum rui-  
nas ſupplendas, dēmones compescendos, iā-  
feros conſtrigendos, pacemq; mundo infe-  
rendam?*

*Tu es qui venturus es, an alium expeſtamus?* Melliæ ad  
Tune ille Melchisedech, ſacerdos Altissimi, uentus fi-  
ſine patre quoad humanam naturam, & ſine guris de-  
matre quoad diuinam, & ſine omni genera-  
claratur. que ad generationem qua ab æterno *Iſai. 53:*  
eſſe coepisti? Generationem eius qui enarrabit? *Gen. 14.*  
Ille inquam Melchisedech, qui poſt regum  
poten-

*Gen. 2.2.* potentissimorum excidium, post carnis mūdi & diaboli destructionem, magno illi Abrahā Patri in quam cœlesti, sacrificium panis & vini, in sacramēti Eucharistici institutione, offeres?

*Gen. 7.8.* *Tune ille Isaac, domus tuæ decus & fulcrum, sed non sine miraculo editus, qui ad mortem, patri tuo obediendo, destinatus, montem Caluarie ascendere, humerisq; tuis ligna, quibus cremeris, gestare debes?*

*Gen. 27.32.* *Tune ille Noe, qui arcam humanitatis tuæ ingressus, omnesque nos diluvio damnationis eripiens, tandem aliquando amore & tolerantia ebruius, nuditatem, & paupertatem, simulq; miseras nostras in cruce ostensurus es, & a filijs tuis, id est Iudæis, explorandus?*

*Gen. 37.40.* *Tune ille Iacob, qui vestimentis Esau, id est, peccatoris circūdatus, passionis tuæ nocte, cū angelo illo mortisluctaturus, rictotiamque in humanitatis tuæ tamen femore fauciatus, relatus es?*

*Exod. 2.3.* *Ecc.* *Tune ille Ioseph, cuius à fratribus scilicet Iudæis, vediti, & in alienigenarum Pilati nimurum & Herodis manus traditi, tunica effuso sanguine cruentabūt maligni, id est, cuius humanitatem cruci affigent & occident?* *Tune ille idem Ioseph, qui deinde à perfida synagoga iniqui accusatus, & in carcere præter fas coactus, gloriofus tandem egredi, & regijs indumentis circumdatus coram regū rege hysti, cœliq; & terræ vicarius generalis constitui, & egregio Saluatoris mudi nomine insigniri debes?*

*Num. 35.* *Tune ille Moses, qui iam inde ab incunabulis ad Herode, qui Pharaonem crudelitate superabat, ad necem quæsusitus, populum Dei conducere, legem ei dare, miracula ac prodigia patrare, Ægyptiaca cum mundi huius captiuitate, per rubrum passionistuæ pelagus, ad regnum celorum quæ vere terra promissionis est, traducere debebis?*

*Iud. 14.15.* *16.* *Tune ille sacerdos summus, de quo in Numeris habetur mentio, post cujus mortem, oœs extores & exiles patria electi, qui peccatores denotant, præteriorum criminum veniam consecuti, in natale solum reverti, & in patriam, cœlestem intelligo, quæ vere patria, postliminio redire poterunt?*

*Tom. 1. Pars Hyemalis.*

Philistæorū terror, qui naturæ humanæ, pellicis illius fascinatis amore captus, & cum ea in sepulcro cōgressus, vndiq; obfessus & circumuallatus custodias eludes, saxa & moles effinges, sigillaq; illis perrumpes? tune ille, qui deinde hostium ludibrio & improprio expositus, moriens, eosq; simul morti inuolvens tuæ magnæ mundi huius aulæ bases & cardines concuties, & ad inuicem collides?

*Tunc ille pastor David, qui sola humanitatris nostra funda, & ærumnarum nostrarum lapidib. instructus, furentem illum Golliadam, Satanam dico qui à tot annorū milibus omni nobilitati & generositati mundi huius exprobrait, prosterne, crucis baculo ad terram deiçies, superbiam illius & fastum *Matt. 11.* retundes, deniq; virtù illi eripies? *Tu es qui vè-* Ambrosij *turus es, an aliud expectamus?* Ambrosius hæc opinio accuratius disquirens ait, interrogationem quaerunt hanc non dubitantis, sed admirantis fuisse. ad interrogatio[n]e Deus, te, qui summa cum maiestate in celis Ioannis. habitas, in terram descendere voluisse, vt humanam naturam assumeres, miserijsq; & ærumnis, quib. eadem obnoxia est te subiiceres? Huic quā proxime accedens Rupertus, Item Ra- ait, Ioann. non potuisse dubitare quin Christus verus Messias esset. varijs enim miraculis editis iam id confirmatū erat: sciebat quippe in Cana Galilææ aquam in vinū conuersam, audierat Patris cœlitus loquētis testimoniū, & Spiritum S. in columba specie descendenter viderat, dum eum in Jordane ablueret. Verum id ipsum manifestare non audebat, ne forte Iudæi inuidiæ stimulis concitati in eum impetum facerent ac neci traderent. Verum cum hodie venisse tempus sciret, quo omnia abscondita reuelanda essent, discipulos id ipsum diligentius inquisituros ad Christum mittit: inquisituros inquam, num ipse esset salutare Dei, de quo Gen. 49. num magnus ille Propheta de quo Deut. 18. num ille qui Israelem esset redempturus, vt Psal. 117. promittitur? *Tu es qui venturus es, an aliud ex- Matt. XI.* *Ipse es.**

*Quid? Iohannes legationem adornat, nostrum quoq; est aliam adornare, de fide scilicet, bonis operibus, de religione, ne fortasse decipiamus, & erroribus inuoluamur: legem exponit*

*Misio  
hæc disci-  
pulorum  
moraliter  
E mus*

mus ad Deum sensus, voluntates, & intentationes nostras, inquiramusq; nū via nostra illigatae sint. Discipulos adhac nostros, & didicili: feruos, & heri: subditos nostros, & patresfamilias, mitramus ad tempa, conciones, sacrasq; lectiones, vt cœlestem aliquam doctrinam percipient, & ad virtutum studiū exitentur. Dirigamus ad Christum omnes, vt inquirant, nun ipse sit qui in Ven. Eucharistia Sacramento latet vel alius exspectandus sit, impanatus, figuratus, & signatus? Num alium cum Iudeis Messiam exspectare oporteat, alium Christū, alium in ærumnis consolatorē, alium Salvatorem, aliud Evangelium, aliam deniq; Ecclesiam. O inanias ac nugas mercacissimas! sed his relictis cœpta prosequamur.

## VI.

*Matt. 11.  
Christus  
opere, nō  
verbo, re-  
spendet.  
John. 5.8.*

Legationem igitur suam discipuli cum Christo aperuiscent, hoc eis modo respōdit, *Ite renuntiate Ioanni que audistis & vidistis, caci videnti, surdi audit, claudi ambulant, pauperes euangeli cantur. Rebus ipsis, non verbis, Dominus ecce respondet: & sane prudenter admodū: si enim verbo dixisset, Messiam se exspectatum esse: Iudei eū sine dubio reprehendissent, vt alias illos fecisse manifestum est cum hæc illi obijcerent, Tu de te ipso testimoniū perhibis. Ideoque alio in loco ijsdem dixit, O' era que ego facio, testimoniū perhibebet de me. Perinde ac sū dixisset: Quisnā sim, verbis indicare nolo, & tamē dicerem, metiri me ac fūcū obtrudere velle putaretis: fatus idcirco est, operame loqui deque me testimoniū perhibere. Millionem siquidem meam medijs quibusdam præter ordinem, & miraculis ac prodigijs probō: quā cum quotidie oculis vestris videatis, certissime credere debetis, verum me Messiam esse in Lege & Prophetis promisum. Ideoque ite, renuntiate caco.*

*Matt. 14. tisate caco.*

**Miracula** Et profecto, miracula hæc operaque pro Christi de digiola, q̄ Redemptor indies edebat, abunde testabantur, Iuda, osq; conuincebant, illum bantur. esse, qui Patrib. eorum promisum erat Messiam. Nam tamē prophetæ veritas miracula patrarent, summa tamē difficultate, & magno cum sudore eadem facta sunt: Christus autem plurima, idq; facilime, sine vilo labore ac difficultate, edidit. Vnde manife-

sto appetit, omnibus eum priorib. dignitate & meritis eminentiorem fuisse: quod Iudei ipsi in Euangeliō testantur dicentes, *Nunquā Matth. 9.  
apparuit sic in Israēl Ipsa quoque Dominus de seipso testimonium ferens, ait, Si opera non fūcū Ioan. 15.  
eissem in eis, qua nemo alius fecit, peccatum non haberent.*

Secundo, Elias quidem mortuum ad vitam reuocauit, Eliseus Naamam à lepra mudiavit, sed vterg; Domini prius auxilium implorauit. Christus vero hac aliaq; longe maiora, sua auctoritate, absolute, ex sola voluntate propria nullsq; precibus vsus, præstirit. Tertio, prædicta, eadem miracula in Sacris litteris erat: nam nonne in Psalmis legimus: *Dominus soluit compedios, Dominus illuminat caecos, Dominus erigit elisos: quā cū reipsa ederet, reipsa etiā se Deū esse declarauit. Quartto, ipsa prophetarum oracula Messiam hæc & familiā editurum prædixerant vt in primis Isaías: Deus ipse veniet & salutabit nos, tunc a. Ia. 35.  
perirentur oculi cæcorū Dominus igitur innuere volens se ipsum esse quem Prophetæ præsignarant, opera sua & miracula in scena producit, legatisque ad se missis respondet, Caci vident, Iudei ambulant, surdi auant.*

*Matt. 11. Cur Dominus ante cætera miracula quasi trophyorum minus cœilius primum ac summum, & è qua infinita corum illius potētia in primis elucet, præduxit: pri- lumenatio mo, vt veteris testamenti verbis quib. Messis nē cæteris miracula præsignantur, vsquequaque respō- miraculis deat: nam in Isaiae Prophetis cæcorū illuminatio prima omnium recensetur. Secundo, fuerit. quod discipuli hi suis eum hæc edentem mi- Ia. 35.  
racula oculis conspexissent: nō vero alia quæ sequuntur, & de quib. fortasse ne fando quidem inaudierant. Tertio quod plures cacos. Christus illuminasset, quā alios persanasset, vt è verbis Lucae manifeste colligi potest, di- centis: In ipsa autem hora multis curauit à lan- Luc. 7.  
guoribus & plagis, & spiritu us malo, & caco multū donauit: visum, &c. ite igitur, inquit, &  
renunciante, caci vident.*

Varia hic recensent miracula, operaq; bona Operum plura in vnu coaceruat, vt hinc euident fiat, piorum Deo hanc pluralitatem gratissimam existe-multiplicitate: Sunt enim nonnulli, qui dum vnum vir- Deo gratutis actum exercuerint, sufficere ad salutem ta- putant.

Gen. 1.

putant, vltieriusque progreedi detrectant. sed errat: Deus enim varios actus requirit, multiplicatione que imprimis delectatur. Nam statim vt terram creauerat, ait, *Germinet terra herbam varentem, & fac eitem semen & lignum pomiferum facies fructu iuxtagensis suum*, quibus verbis allegorice innuere eum voluisse puto, scilicet dum terrā quodammodo intu-

Gen. 7.

mescere & vterū ferre vult, quē deinde omne herbarū, arborū, fructuum, bestiarumq; genus effunderet ac velut parceret? multo magis desiderare, vt anima varios virtutum bonorumq; operum fructus ac manipulos proferat. In horto sponsa omnigenos fructus, tā nouos quā veteres reperiit erat, *In hortu nostra omnia poma noua & vetera*. Poma autem tantundem hic valet ac fructus, ita namque Hebraice, p omni fructus genere accipitur. Porro animæ nostræ horti sunt & pomaria imo paradisi, in quibus Christus earum spōsus obambulare cupit: quo autem maiorem voluptatem inde percipiat, fructus in iis bonorum operum, noui & veteres sīt oportet, si enim olim, beri, & nudius tertius, imo & hodie aliquod opus bonum fecimus, hoc iā vetus est & exoleuit quodammodo: sed eras, & perendie, & in posferum semper noua alia producenda sunt. Audite longam illam Mefistopel's operum seriem, ac varia illius miracula:

Luc. 7.

*Ceci videt, surdi audiunt, claudi ambulant, mortui resurgent, pauperes euangelizantur.*

Humiliatas & modestia Saluatoris.

Hic, obsecro, anima mea, Saluatoris tui humilitatem ac modestiam considera: non ait quasi de se operibusque præsumens, Ego cæcis visum, surdis auditum reddo, claudis pedum vsum restituo, leprosos mudo, mortuos ad vitam reuoco: sed magna cum animi demissione & humilitate, & scipsum non nominando, *Ceci videt, surdi audiunt, mortui resurgent*. Docemur hic, eum qui vere humilis est, omnibus in rebus humilem esse deberre, tam interius quam exterius, tā animo quā verbis. Ægypti rex Pharao cum Iacob Patriarcham grandevum iam & senio vidisset, ab eo mox petuit, *Quot sunt dies annorū vita tua?* cui sanctus ille senecio placide respōdit, *Dies peregrinationis vita mea centum trigesima annorum sunt, parui & mali*. Notate quæso Patriarchæ humilitatem, vt tempus omne, quod

Luc. 7.

Gen. 47.

iam inde ab adolescētia Deo impenderat, nō enumeraret, imo vt hoc ipsum nihil propemodum aut exigui esse meriti censeat. Tu tamē interea mundane, si bis terue ieiunes, in tantū te effers: si triennio aut quadriennio Deo in pœnitentia Monasterii seruias, credis eū infinitis tibi nominibus deuinctum debita exsoluere non posse.

Porro mūdum similem esse censeo superbo illi Pharisæo, cuius in Euangeliō sit mentio, qui cum bis in sabbatho ieiunaret, tantū se exultit, vt in medio templi constitutus, tumore & fastu plenus, deque hoc ipso superbiis dixerit, *Ieiuno bis in sabbatho*. Vel filij p-

Mundus similis est Pharisæo Euangeliō.

Luc. 18.

digi fratri, qui ægerrime ferens tantum fratri suo asoto honorem exhiberi, obsequiaque parenti exhibita recensens, magna cum superbia air, *Ecce tot annū seruus tibi: quasi annorum numerum non posset subducere*. Vel Iacob Patriarchæ, qui cum viginti ipsis annis socero suo Laban seruisset, tandem officia exhibita ipsi extrobrait, dicens, *Per viginti annos seruus tibi*. Nō est, mihi credite. Christiani, dies, menses, aurannos, quos diuino obsequio impedit, enumerare, aut accuratiū subducere: nam quāuis omnia vitæ momenta in solius Dei cultū expendisit, aliud profecto dicere nō posset, quam q in Euangeliō dicitur: *Dicte, Serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus*. Præsumptio siquidē & superbia magnū animę periculū creare solerit; è contra vero humilitas nō mediocre emolumētū: humilitas inquā quā ē verbis his redemptoris eruim⁹, *Ceci videt, surdi audiūt, &c.*

Gen. 31.

Hic etiā notes velim, ô anima, quemadmodū Ioannes in vinculis pusillanimitate nō deiicitur, aut aduerfus Deum commouetur indigando: ita nec Christum ob miracula edita insolescere. Nō enim ait, edo opera admirabilia, nature vires eludo, cæcis visum restituo, paralyticis membrorum vsum reddo, mortuos ad vitā reuoco, sed insolita loquēdī ratione vſus, *Ceci vident, claudi ambulat, mortui ad vitā resurgent*. Ut discamus bona quidē quæ edim⁹ opera, nō nobis ipsis, sed soli Deo mala aut non Deo, at nobis esse ascribenda. Hanc lectionē cum didicisset Joseph Patriarcha, & fratrib. felicitatem suam referret, non sibi sed Deo eamdem velut auctori attribuit:

Matt. 11.

Quid-

quid hic

boni ope-

ramur,

Deo, &amp; nō

nobis ipsis

adscribē-

dum.

Matt. II.

*Gen. 43.* Non uestro consilio sed Dei voluntate hue missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & Dominum uniuersa domus eius, ac principē in omni terra Aegypti. Tantum vero abest, ut mundanus Deo omnia ascripisset, vt ē contra potius fortunam omnium daturam agnitus dixisset: Ad hos honores late fortuna blaudiens vultu me subuexit: industria & opera mea ad tantā dignitatem ascēdi: sors adfuit, & clientē suum respicere dignata est. At Ioseph, qui diuino in ludo eruditus erat, datori orationis Deo singula & vniuersa adscribit, ac solum eum negotiorū suorum directorem promotoremq; agnoscit. Quem imitantur, doctrinam Christi quam proxime infistēdo, qui quidquid in anima virtutum possident, ēterno attribuunt, & de seip̄is ne hilū præsumunt. Considerate igitur hæc verba, eorumq; sensum dispicite, Caci vident, surdi audiunt.

## VII.

*Matt. 11.* Veri concionato-  
ris indicia  
Veræ enim ac legítimæ Messiæ noræ & si-  
gna sunt, cæcis oculorum, surdis aurium v-  
num reddere mortuosq; ad vitam reuocare.  
vt & veri concionatoris, qui nimis Christi  
loco docet & prædicat, indicia characte-  
refq; dici queunt, si qui antea cæcutiebant,  
vifum recuperat, si surdis ad Dei verbum au-  
ditum redditur, si gratiæ mortui, & in pecca-  
tis sepulti, ad vitam gratiæ redeunt: deniq; si  
paupertas & Christi crux euangelizatur. Ad  
concionatorem namque Euangelicum spe-  
ctat, huiusmodi edere miracula, omni genos  
peccatores persanare, mortuos resuscitare,  
leprosos mundare, surdis auditum reddere,  
maculas & nœuos auferre, Messiæque opera  
quam proxime imitari: quæ allegorice iam  
exponam.

*Caci desiderant sc̄i-  
eratos.* Caci vident. Per hos non nisi peccatores in-  
telligendi sunt; quando n̄ quis cespitando,  
modo ad terram prolabitur, modo in parie-  
tem impingit, modo in præcep̄s ruit; an non  
eum cæcutire dicemus; ita quicunque modo  
in auaritiam, modo in libidinem, modo in  
ambitionem impingit, an non talpa cæcior  
est, de quo Sophonias loquitur dicens, Ambi-  
bulabunt & caci, quia Domino peccauerūt. Solu-  
ante Christus eisdē oculos restituere pōt, &  
omnem cæcitatem auferre, idq; in Pœnitē-  
tia Sacramēto atq; hæc prima Christi opera!

sunt, qui solus huiusmodi morbos persanare  
potest.

*Surdi audiunt.* Atque hoc secundum, quo Peccato-  
peccatores dignosci queunt, indicū est: finrum sur-  
ge mihi aliquem qui nec maximarum cāpa-  
ditas.  
narum sonitum, nec bellicorum tormento-  
rum boatum, nec tubarum clangorē audire  
queat, an nō ille littore surdior dicendus est:  
Hoc ipsum de peccatore quoq; sentiendum,  
cuīs tanta surditas & aurium stupor est, vt  
nec terribiles extremi iudicij tubas, nec ma-  
ximarum cœli campanarum strepitum, mi-  
sericordia inquam & iustitia, omnib. horis  
auribus nostris insonantium, mo ne diuinaria  
quidem comminationum tonitua au-  
dire queat: adeo vt peccator ad Dominum.  
iam conuersus illud propheta merito usur-  
pare queat, Ego tanquam surdus non audibam. Psal. 37:  
Ad solum autem Christum, Dei, filium spe-  
cat, huiusmodi opera edere, leprosos quin:  
etiam mundare.

*Leprosi mundantur.* Omnes in genere pec-  
catores sub lepra nomine intelligamus. Nā  
notā, le-  
vel lepra corpus inflat, ita peccatorē super-  
bia: vt sitim & ariditatem extremam cau-  
tatur, ita & auaritia: vt cōtagio suo inficit, ita  
& luxuria: vt humorem radicalem vitiat, ita  
quoq; animum inuidia: & halitum pestilenti-  
tem æ terrum reddit, ita & gula & inglu-  
vies raucedinē causatur, ita & ira quæ tæpe-  
etiam loquela eripit: denique vt illa mem-  
bra omnia debilitat & inuadit, ita corpus a-  
nimatumq; acedia & inertia. Bene igitur  
Naamano Syrolep̄so ait Helisæus Prophe-  
tes, Vade & lauare serues in lordane, vt hinc  
peccatores septemplicem peccatorum mor-  
talium lepram confiteri discant. Si quis in  
mundo tantæ virtutis efficaciaq; fons habe-  
retur, qui omnes omnino infirmitates persa-  
naret: quantus ad eum quotidie ex omnibus  
mundi partib. concursus fieret! quorū ad eum  
ægrī sanitatis recuperandæ ergo confluueret?  
At huiusmodi virtute præditū est confessio-  
nis Sacramentum. Quid igitur eam negligi-  
tis peccatores, quin ad eam acceditis: cur il-  
lius latice maculas & lepræ animæ non elu-  
tis, aut saltē abluitis sed ad allegorias meas,  
iam reuertor.

*Mortui resurgent.* Ipsi peccatores an non  
vera.

4. Reg. 5.

Peccato - vera mortis imago sunt, cadavera exanimata, mortu, sensu vitaq; carentia? Qui virus aut mortis i-

mago sūt. dijs continet? idipsum de odio laborantib; inuidia & liuore tabentibus; ira cestuantibus, quæ omnia quædam animæ venena & contagia sunt, esto iudicium. Cui conceptri adspulatus Ioannes Apostolus dicens: *Qui nō diligit proximum, manet in morte.* At, cheu' ci cura sola necat corpora, peccatum vero ipfas intermit animas. Quam præsens venenum sit oportet, quod ijs quæ mori nesciunt, mori infest: *contrariorum enim, iuxta Philosophos, contraria sunt consequentia:* nam quemadmodum gratia perpetuam vitam tribuit ijs, quæ ex seipsis mortalia sunt & caduca, ita peccatum mortem adfert ijs quæ essentia & natura sua immortalia sunt, sed in miraculis nostris progediamur vltterius.

Error co-  
rum qui  
pauperib.  
prædicare  
detrectat.

*Pauperes euangelizantur.* Inter cætera ad-  
ventus sui signa hoc imprimis ponendū cē-  
suit Redemptor, quod pauperes euangelizē-  
tur. Et profecto nō mediocre miraculum est  
ac prodigijs loco habendum, si concionator  
aliquis pauperib. verbunr salutis annūtiet, si  
incarceratis concionetur, si inclusis Religio-  
sis & Monialibus, & rusticis prædicet sed o-  
mnes iam, proh dolor! ybres confectantur  
primarias, omnes primas metropolitanas ca-  
thedras affectat, omnes in mercedē oculos  
coniciunt, & solis diuinibus concionari ge-  
stunt; sed considerent obsecro, arborem illā  
vmbrosam quam Nabuchodonosor vidit,  
cuius è fructibus omnia animalium genera  
gustabant: cōsiderent inquam, & huic se af-  
similare concentur, cum enim spiritualibus  
scientiæ, virtutū, diuinorumq; charismatum  
fructib. grauati sint; eos idiotis, pauperibus,  
& simplicibus, qui mundi huius quodāmo-  
do animalia sunt; proponat oportet.

Conciona:  
tores per-  
inferos subit; quod cum opulentis esset, &  
uerbi com quotidie varios parasitos & asseclás aleret;  
parantur pauperes tamen a mensa excluderet sua: q.  
diuiti epu diutiores & magnates quotidie ad mēsam ad-  
lioni.

*Luc. 16.* hiberet; Lazarum autem nec aspectu nec al-  
loquo dignaretur, *Et nemo illi dabit.* Huic  
similes dixerō cōcionatores nonnullos, qui  
cum omni scientiæ doctrinæq; genere abū-

dent, & cōcionatores dici velint, solis prin-  
cipibus & aula clientibus sese offerunt &  
vendunt, populo & plebeis a mensa illorum  
exclusi, dum oēs eorum epulæ, id est con-  
ciones, nōnisi Rhetoricam, veneres Tullianas,  
& flosculos scholasticos, vt adulatio-  
& ineptias affectatas præteream, spirant, &  
idiotis, pauperioribus, & rudioribus, ne mi-  
nimus bolus offertur, & nihil quod gloriam  
Dei & salutē animalium spectat, in ijs eluce-  
scit. Videant igitur & caueant, ne cum diuite  
hoc apud inferos pumiantur. Verum vt hanc  
aliquorum depravatam consuetudinē dam-  
naret, ipse Dei filius pauperum doctorem se  
confiteri non erubuit. At hodie plurimos re-  
gū & principum concionatores reperiuntur,  
led pauperum nullos, aut certe paucos ad-  
modum: adeo ut non amplius mihi mirum  
videatur, si hoc inter miracula sua recenseat:  
Redemptor.

Equidem non tam inter miracula numerā. Miracula  
dum puto, pauperes euangelizari, quam eos pauperes  
de me euangelizate. Est a mirabile, omniaque euangeli-  
miracula excedens, Christum, aduentū, di-  
zare. *A. 3. 4.*  
unitatē, omniaq; Euangelij mysteria à sim-  
plicib. & indectis piscatorib. prædicari vo-  
luisse: non selegisse sibi duodecim Platones  
aut Arist. non duodecim Demosthenes aut  
Cicerones, aut selectissimos quoq; ex omni-  
b. orbis acadēmīs viros, aut duodecim písca-  
tores, retibus & scaphæ assuetos, indecto &  
rudiiores. Hinc, vt illorum scientiam eloquē-  
tiāq; audiret in Actis Pōtifices, Sacerdo-  
tes & scribæ, & scirent eos ante imperitos, &  
ne à limine quidem literas attigisse; nō parū  
obstupere: quoram admirationi inhārens  
August. atq; hoc miraculum exaggerās, ait, *Lib. de ver-*  
*Dominum nō per Oratores & Philosophos bia Domini.*  
cōuertisse peccatores, sed per píscatores Phi-  
losophos & Oratores. Quod historia quādā  
ē libris Regū de prompta manifestū reddet,  
David cū Amalecitas bello fūsos profugosq;  
persequeretur, reperiit in via miserū quendā  
militem iacērem semianimem; fame & labo-  
rit, exhaustum, morbo afflictū, & ab omni-  
bus derelictum: à quo cum petiisset, *Cu as es 1. Reg. 3. 1.*  
tu? vel quistu, & unde? mox subintulit, puer  
Egyptius ego sum, seruus viri Amalecitas. Dere-  
liquevit autē me a omnibus meis, quia agnotare capi:  
*E. 33. G. 6.*

## DOMINICA II.

37

Insignis allegoria.

*Eze. dixitq; ei David, vt se ad castra inimicorum dederet, quo cū peruenisset, reperit eos genio indulgentes & faltum diē agentes, quos incautos ac nihil minus quam de hoste cogitantes inuasit, & ad internectionē deleuit; paucis, dū camelos cōscendunt, fuga sibi cōfidentibus. Allegorice hæc omnia expōnēs in Euāngelio cōtineri hoc mysteriū existimo. Christus n.cū mūdanos persecuturus in mundū venisset, incidit in aliquos qui velut defatigati & exhausti, diuitias & pōpas mūdi huius, idq; propter inopiam & egelatatem assequi nequibant, in illos nimittū, quos mundus derelinquit & deserit. At Christus hos ab omnib; derelictos, velut duces expeditionū, & consiliorum suorum conductores euangelijque præcones aſlumpſit, eorumq; opera in mundi conuersione vius est: quem cū virtis indulgentē & voluptatibus immersum quodā nodo cerneret, ita eundē aggressus est, vt vītoria penes ſe ſtererit. Dicitur, nū miraculū fit, pauperes euāngelizari & euāngelizare, mūdoq; Euāngelii præcones existere? Audiuitis iam miracula Redēptoris; quomodo discipulis à Ioanne missis reſpōderit: videamus iam, quib; Ioannē encomis ornarit, & quæ in eum acroamata & elegia effuderit. Ait enim Euāngelista, Domini, dimissis legatis, in præcursoris sui laudes & encōmia hifce verbis prorupisse: Quid existis in desertum videre; arundinem vento agitatā, hominem mollebam vſitum? Quam fidus in amicitia fouenda est Deus! quā tenere, quos semel complexus est, diligit! non enim in aduersitatibus deserit suos, vt facere confueuit mundus, qui ad minimum qui in gruit casum eos nudos deſtituit. Quam multos Amān Persarum ille purpuratus, amicos habuit, quādū lato fortuna arridebat vultu, & inter Assueri intimos numerabatur? Sed mox v̄ eius indignationem incurrit, eumq; offendit, omnes aduersus eum infurrexere; dicebantq; publice, En lignū quod parauerat Mardonio stat in domo Aman. Perinde ac si dixissent, in crucem agatur, quam domi alteti patravit. Vide te quoſo mundi ingratitudinem & perfidiam, quidum felices sumus, & secundis ventis utimur; amicitiam simulat; at, dum fortuna auerſa nos deserit, nos etiam mutato*

affectu deserit. At non ita cōlum, nō ita Deus, sed quo maioribus homo premitur afflictionibus, quo & maiora elatiſtū solatia, maioremque affectum demonſtrat. Quod aperte in Ioanne nostro Redēptor Chriſtus ostendit, quem cum in carcere coniactum, ad mortem quæſitum, omniumq; oda incurrisse cerneret, singulari amore prosecutus est, ampliſsimis laudibus exornauit, ac coram omnibus luculentum de illius sanctitate testimonium dedit.

Atque hoc imprimitis, quod vitam duceret angelicam, virtutemq; coleret quā qui maxime. Ut discamus nonnisi probos & honestos præconiis afficiendos, ac virtutem ſolā, nō vero virtia, ampliſsimas laudes promereri. Sanctos enim & iustos dū laudamus, laudamus ſimul & Deum; ideoque Regius Propheta, dum omnes ad laudandum Creatorem creaturem excitasset, vt in sanctis potiſſimum laudetur elaborat; Laudate inquiens, Domnum in sancta eius. Secundo, ne magna illa sanctitatis opinio, quæ in plurimorum animis de illo infederat, periret, aut ſaltem perciatarerit, cum viderent eum, quem ad Mesiam habebant, inſtar maleficū & impiorum in carcere coniactum. Docemur hic, vt quando proximi famam diſcriben ſubire, nomenq; eius infamiae maculisaspergi videmus, tunc eius virtutes publice maniſtemus, eiusque merita tantum, quantum maledici & detrac-tores vitia, extollamus.

Rationes cur Chriſtus Ioan-nem lau-det.

Pſal. 150.

Num. 12.

Ita Dominus Moſe laudauit, dum Ma-ria & Aron frater ei detraherent, & apud po-pulum nomen illius traducecent. Hoc ſcili-cet filiorum Dei proprium eſt, innocentium tutelam ſuſcipere, & maledicæ linguæ virulentiam compescere. Detrahentibus autem aures præbentes ſimiles eſſe dixerim opilio-nibus & rusticis, qui dum tranſcuentes à cani-bus suis allatrari, morderi, ac tantum non in-terſici vident; tantū abeſt, vt eos vel clamore aut iſtu lapidum compescant, vt eodem etiam magis extimulent, & manūū comploſione & poppyſmis ad mordendum incident. Egregios autem ē laudibus his conceptus e-licio, quorum hic primus eſt.

Redēptor laudauit Ioannē in discipu-loū absentia. Illū autē abenſtib; ut ita eu-i-denter

VIII.  
Laudes  
quaſo Io-  
anni Chri-  
ſtus de-  
dit.  
Deus fi-  
dus ami-  
eius eſt.

Mundus  
ſuos in  
aduersita-  
tibus de-  
ſerit.

Eſtib. 7.

Laudes ab denter demonstraret, encomia hæc non ab amore, nō assentatione aut palpo, sed sincero minime auct assen- que fucato affectu proficiunt, ac simul fas esse, tatione o- veras amico laudes tribuere, non aut eidem riginem impudenter adulari: vera namq; laus a Deo, trahunt.

assentatio autē à diabolo proficiscitur. Hoc nempe consilio vñ sunt Philisthæi, vt Samso- nem perderent; suggesterunt siquidem Dali- lę, vt marito adularetur, quo ab eo ænigma- tis solutionē, à quo omnis eius ruina perni- ciesq; dependebat; disceret. Vnde mihi Dio- genes ille Canis non aberrasse à scopo visus est, dū adulatores coruis esse dixit deteriores pestilētioresq; cū hi nō nisi mortuos lœdāt,

Proximus illi vero in viuōs ēt graffentur. Ecce a terū. absens lau- Ioannem absentem Dominus celebrat, vt dādus est. doccat nos semper de proximo bene loqui, ac præsertim dū abest. Obseruabit hoc præ- ceptum Psalmographus, cum diceret, detra- ctores secretos le cane peins & angue odisse, detrahentem secrēto, id est in absentia, proximo suo proseguebar. Inter alias Ægyptiorum plaga- gas fuerū & ranæ: quæ cum non nisi in cæno & luto viuāt, de die raceant, noctu vero coa- xent, detractorum symbolum sunt: qui vere immundi & fodi, & non nisi in alienorum cæno viuant, proximo interea dum abest, semper detrahunt, eiusque vitam viuendiq; rationem reprehendunt: malū profecto quo nullum hodie dererius aut calamitosius in mundo haberi potest. Eu. tertium.

Fides ami- Mandat Ioannem, interea dum carcere cis vbiq; conclusus gemit: quo doceret nos, fidem & amicitiā semel initam, semper conseruandā, ac nunquam, quacunque etiam calamitate ingruente, deponeādam. Sunt enim plurimi, qui propter amio assentantur, in aduer- sis & tristibus terga obvertunt, hirundinib; persimiles, quæ dum æstatis vernal gratia, & tempus ridet, nunquam nos deserunt, circū- que laquearia assiduo cantillat, instante vero hymneabeunt, & mitius cœlum sequuntur. Similes his fuere Apostoli, Domini non de- seruere, quamdiu ab omnib; eum colli, mira- cula facientē, & pro Messia habitū, viderunt: armox vñ Iudeis & militibus comprehen- sum, ad mortem condemnatum, a Pontifici- bus in crucem actum conspexerunt; omnes reliquo eo fugerūt, adeo vt & ipsum negarint,

imo se ne nosse quidem confessi sunt. O per- fidios, & periuros, & in amicitia colēda nimis instabiles! At non ita Christus, ille in amore fidelis est, diligit vsq; ad extremum, imo nec in aduersis suos deserit. Videte igitur amorem, quo miserum hunc captiuum prosequitur, dum omni eum laudum genere cumulat.

In primis depraedat illius constantiam, Laudatur dum a Iudeis petit, Quid existis in decretū vi- Ioannes à aere, arundinem ventis agitatam? Arūdo quip- cōstantia. pe inconstantia ac levitatis symbolum est. Innuere scil. volebat nullum Ioanne in cultu diuino esse vel constantiorem vel infractio- rem. Adeo vt de ipso illud Ieremiæ usurpare licet, Ego dedi te h. h. in columnam ferream. Ierem. 7. nam hinc columnæ constantiæ symbolum est, ita Ioannes columnæ instar vsq; ad mortem fortis & infractus perstitit, columnæ in- quam ferrea, quæ lapides duritie superat. Si enim ceteri sanctorū lapideæ columnæ fue- re, Ioannes profecto ferrea, ær ea, & adamanta fuit, in omnibus mundi tribulationibus immobilis & infractus.

Virtutem quidam olim ita expressit, fa- Constan- cem quandam vniuersam depinxerat, quæ tñ emblemata maiores sese consumendo flamas ejiciebat, ma- maioremque lucem inuersa circumquaque eiaculabatur, hac addita epigraphe, Vires in- clinata refumo. Quod de omni illa virtute, nō singillatim de vna constantia, ac præsertim de Ioā. Baptista usurpare quid vetat: de quo nempe in Euangeliō legitur: Erat lucerna ar Ioan. 51 dens & lucens. Hanc cum impius Herodes totis viribus extinguere niteretur, & terram virtus hec teret, in tetur illum coniiciendo carcerem; lucere caput magis, luculentio- resq; flamas eiaculari, maiores animos ma- nifestare, viresq; duplices exerere, è quibus omnibus de illius constantia coniçere licet; coniicere inquam, eum arundinis levitatem non imitari.

Quid? anne arundinis est, iam à quinto & Ioannis tatis anno mundo derelicto in defertis & so- liquidine commoratum esse, speluncas inco- luifit; vigintiquinq; annorum spatio paenitentia durissima corpus emacerasse, virtutis stadium tam constanter decurrisse, inedia & austerritate membra affixisse, vota tā sancte religioseq; obseruasse, solis herbarum radi- ciibus

cibus & melle silvestri, tanto tempore victualis,anne arundinei est, in desertis semper rupibus exclamasse, in solitudine populum docuisse, in antris, mudi delicta acerbissimis lacrimis cluiscere, omnesque ad penitentiam vocasse, reges coarguisse; Herodis incestum reprehendisse, pelices taxasse? denique anne arundinem imitari est, career sustinere; compedes, vincula perferre, iudicib. fesse sistere, coram carnifice non expallescere, demum supplicia non formidare. Haec aliaque agement patientemque arundinem vento agitata appellandum censemus?

Ioannes  
non erat  
arundo.  
Arundo  
impiorum  
nota.

Non era, mihi credite, Ioannes arundo sterilis & infæcunda; sed arbor fructum copiosissimum proferens. Arundo multas ob rationes, impiorum symbolum est: primo quod inconstantiam denotet: secundo quod non in terra solida, sed virginosa, palustri, conoscaque semper excrescat; quia peccator, animum rebus terrenis & caducis affigendo, similitudinatur. Tertio quod exterius quidem aliquam pulchritudinis habere specie videatur, eo quod teres oblonga, glabra sit & viridis; sed emendulata sit. Peccator ad hunc modum extrinsecus aliquam quidem elegantiam morum, corporisque cultum præfert, sed anima virtutum medulla carer, meritaque nulla continet. At huiusmodi non erat Ioannes: anima enim illius redundabat virtutibus, gratiisque locupletus erat, & corpus vita austerritate, gratum Deo sacrificium offerte satagebat. Hinc

Laudatur Christus, in laudibus eius pergens, ait: *Hominem mollibus vestitum.* Videlicet, inquit, Ioannem in deserto videndo, purpuratum aliquem auro & gemmis coopertum, bysso & coco rutilantem? nequam. nam in palatiis & laquearibus aureis hæmerces reperiuntur, deseru huiusmodi ineptias inaniasque; non educat; & schemata haec non eremicas, sed aulae mancipia decent.

*Non est conueniens luctibus ille color.*

Dum vero Ioannem à vestium asperitate & habitus vilitate prædicat, aliorum, eadem opera, luxum superbiamque castigat. Dedit olim vestes Adamo Deus, non ad ornatum, splendorem, aut luxum sed necessitatem, ut nuditatem suam velaret. Stultus igitur est in eo superbire, quod pudorem potius verecū-

diamque ob protoplastæ præuaticationem Mundanicutere deberet. An nō enim ille stolidus ac notum fatuus dicendus foret, qui ad mortem iam cō- vesania. dematus, in aureo suspēdi vellet paribulo, & bysino gemmatoque laquco constringi, & non nisi laute & pretiose mori? Maior etiam mundanorum dementia est, qui ob peccata sua morti ineuitabili adjudicati, omnes hæc inanias consestantur, vestem sc. auream & coccineam, quæ patibuli fortasque vices supplebit, & in qua emorientur, collare quoque aureum, torques & monilia, quæ laquei tortit furura sunt, quibus strangulabuntur.

Sapiens mortalium luxum coarguens, eodem officij sui commonefacit dicens: *In vestitu ne glorieru unquam, nec in die honoris tui extollaris.* Nam vt stultum est, domum putridam & fatiscentem, iam iamque ruitur auro depingere; ita non minus stolidus ille dicendus qui corpus hoc, quod post triduum aut quatriiduum in terram descendet, atq; in cineres redigetur, superbis & preciosis vestibus exornat. Hinc apud Dominum in corde gloriaruntur formosa illa Esther. *Tu scis Domine, quod ab omnibus signum superbie & gloria mea quod est super caput meum in diebus ostentationis mea,* & detest illud quasi pannum menstruatum. Nos vero inde gloriam querimus, unde potius confundi deberemus; vestis enim peccatum inuenit: quamobrem qui ob easdem vult insolescere, maleficos imitari videtur, è stigma & cauterio, quod maleficijs sibi suis acquisierunt, laudem & adorem querentes, fanatici sunt igitur, & à mente alieni, qui è vestibus gloriam venantur. eque schema te confundit. *vidum sibi manipulos colligunt.*

Nouerat hoc Ioannes Baptista, nouerat, inquam, quantum vestium luxus damnum animæ accenseret; idcirco è camelii pilis contextam zonam induit, vestes penitentiae notas & symbola, assumpit, atque ideo à Christo Ioannes laudari meruit. Propheta etiam, imo plusquam quam propheta, ab eodem nominatus fuit, Propheta. quia & verbis & rebus prophetauit, quia ab Angelo prænuntiatus est, quia ab utero matris prophetare coepit, qui à prophetis originē ducebat, quia Prophetatum regem ac Dominum in Jordane baptizauerat; tum denique, quod

Eccles. II.

Eph. 14.

## A D V E N T V S.

quod suis ipse oculis vidisset, quæ alij nō nisi  
in spiritu p̄eūiderant. Atque in hoc laudum  
p̄econiorumque eius finem faciemus, & si-  
mul hanc æquo prolixiorē concionem  
terminabimus.

**P̄teratio.** Soluimus igitur iam difficultem hanc ac  
sublimem questionem, Auditores; ostendim-  
us, Christum verum Messiam esse, Ædi fi-  
lium, ac mundi redemptorem; curnam igi-  
tur hæreticarum opinionum turbine quati-  
mur, cur instar arundinis agitamus, denique  
cur in fide vacillamus? Cui SS. Trinitati, Iesu  
Christo Ioanni Baptista ac cæteris Pro-  
phetis nos credimus? aut si credimus, cur  
quæ facienda p̄æceperunt non facimus? quid ita torpescimus, desides & inertes su-  
mus? quid tepeſcimus? quid ita in horas mu-  
tamur? Verum si Deum vestrum hoc Natali  
proximo recipere cupiatis, constantes esto-  
re, nolite instar arundinis ad omnem ven-  
tum morari; pretiosis vestibus nolite info-  
lescere; delicias & voluptates spernite. Vo-  
bis ipsis prophetæ esto, animæque ve-  
stræ aduentum Domini ad iudicium denun-  
tiare.

Mittite, inquam, si peccati vinculis gra-  
vati estis, ad Christum duos discipulos, in-  
tellectum & voluntatem, & orate, vt surdi-  
tam, cæcitatem, aliosq; defectus, quos pec-  
catum inuenitis, auferat, & omnes mortales  
euangelizetur. Sensus, inquam, vestros, co-  
gitationes, voluntates, & opera, è mundo  
hoc ex inuia hac solitudine, ad Regem glo-  
riæ, regem inuisibilem & immortalem desti-  
nate; & è mundi huius cauernis, & vitæ car-  
ceribus ad cœlum, ubi Christus est in gloria  
Dei Patris, in quo omnis spes nostra termi-  
natur, desiderialegate.

Quanobrem miserere nostri mundi Re-  
demptor Christe, Messia ab omnibus expe-  
ctate, misericordiæ fons & origo, afflicto-  
rum solamen, reorum asylum, miserorum  
refugium, nosque in gremium benignitatis  
tuæ excipe. Mundus hic, eheu! tyrannorum  
more in nos sœuit, & Herodes est nobis; ca-  
ro autem, noua quædam Herodias: ambo  
nos persequuntur, captiuos detinent, instar  
mancipiorum nos habent, salutis nos no-  
træ amittendæ periculum adire cogunt.

*Tom. I. Pars Hyemalis.*

Tu autem defende nos Domine, rerum no-  
strarum patrocinium suscipe; tu inquam  
qui tot edis miracula, cæcis visum, surdis  
auditum, paralyticis membrorum usum,  
mortuis vitam restituis. Dona inquam, vi-  
tam tot miseris peccatoribus, lumen men-  
tis tor rudibus & in ignorantie tenebris ver-  
santibus, auditum tot peruvicacibus & sur-  
dis, qui nullum consultorem admonitionem  
que cupiunt admittere, tot etiam per errorū  
deuia vagantes in rectam semitam reduci-  
to, eque ille scilicet hæreſeon via, ad verita-  
tis tramitem compelle. Hæc scilicet Messiae  
venturi signa sunt & characteres, ac certissi-  
ma vitæ æternæ obtainendæ media, ad quam  
perducere nos dignetur mirabilium horum  
opifex Deus, Amen.

## D O M I N I C A - T E R T I A

### ADVENTVS.

#### Partes.

1. Cognitionem sui esse quam maxime necessariam.
2. De legatorum & missentium ignorantia af-  
fectata.
3. De ignorantia Magistratus noxia Reipubl ac  
de vitiis mundi.
4. De voce clamantu.
5. De modestia Baptista.
6. De amore solitudinis, & carni mortifica-  
tione.

*Miserunt Iudei ab Ierosolymis sacerdotes &  
Leuitas ad Ioannem, vt interrogarent  
eum: Tu quis es? &c. Ioan. I.*

## F I G V R A.

**D**E vs, cum immorigero Saule rejecto, *i. Reg. 16.*  
nouum Israëli regem dare constituer-  
set, Davidemque pastorem ad id selegisset,  
Samuelem in Bethleem ad Isai legavit, vt ex  
filii eius unum in regem vngereret. Pro-  
pheta igitur cum in Berthleem venisset, & Eliab  
filiorum natu maximum, proceræ staturæ  
virum, generosum, cordatum, regnoque di-  
gna præditum forma vidisset, hunc à Domi-  
no ce-